NEW SPALDING CLUB
MDCCC LXXXVI

CARTULARIUM
ECCLESIAE SANCTI NICHOLAI
ABERDONENSIS

525 Copies printed.

No. 262

THE ABERDEEN UNIVERSITY PRESS.



Cartularium Ecclesiae Sancti Nicholai Aberdonensis

RECOGNOVIT

JACOBUS COOPER, A.M.

IN ECCLESIA SUPRADICTA PRESBYTER

TOMUS PRIOR

IMPRESSUM ABERDONIAE

Soc. Nov. Spald. Impensis

MDCCCLXXXVIII

VENERABILES multi ante nos fuerunt temporibus suis, qui, ducti devotione magna, in honore Dei Omnipotentis, sanctae Mariae Virginis, ac beatissimi confessoris Beati Nicholai patroni nostri, et omnium sanctorum Dei, decoraverunt et adornaverunt matrem nostram spiritualem, ecclesiam parochialem de Aberdene, pluribus beneficiis et operibus sanctis; quorum nomina in libro vitae sunt, merita in coelis, et animae sanctorum coaequales; et fere eorum nomina et opera sancta modo traduntur oblivioni. Sed O quam dignum et justum est, et toti rationi consonum, ut nomina eorum et bona opera ad memoriam revocemus; ut de bono ope et devotione proximi habeant exemplum, et glorificent Deum nostrum, Qui in coelis est, per Quem omnia facta sunt, et sine Quo factum est nihil: Cui laus, potestas, imperium, et gloria fiant, per infinita seculorum secula. Amen.

—*Cartul. S. Nichol. Aberd. IX.*

The New Spalding Club.

Founded 11th November, 1886.

Patroness:

HER MAJESTY THE QUEEN.

OFFICE BEARERS FOR 1887-88.

President:

THE EARL OF ABERDEEN.

Vice-Presidents:

THE DUKE OF RICHMOND AND GORDON, K.G.
THE EARL OF STRATHMORE.
THE EARL OF KINTORE.
THE EARL OF FIFE, K.T.
THE LORD FORBES.
THE LORD PROVOST OF ABERDEEN.
THE PRINCIPAL OF THE UNIVERSITY OF ABERDEEN.
CHARLES ELPHINSTONE-DALRYMPLE, of Kinellar Lodge.
GEORGE GRUB, LL.D.
ALEXANDER FORBES IRVINE, of Drum, LL.D.
JOHN WEBSTER, of Edgehill, LL.D.

Members of Council:

The Earl of Southesk, K.T.
The Lord Saltoun.
The Bishop of Aberdeen and Orkney.
Sir Francis W. Grant, Bart. of Monymusk.
Sir George Macpherson-Grant, Bart. of Ballindalloch.
Sir William C. Brooks, Bart., Glentanar, M.P.
Sir Mountstuart Elphinstone Grant-Duff, of Eden, K.C.S.I.
William Alexander, LL.D., Aberdeen.
Colonel James Allardyce, Aberdeen.
Alexander Baird, of Urie.
George Burnett, LL.D., Lyon King of Arms.
James A. Campbell, of Stracathro, LL.D., M.P.
The Rev. James Cooper, Aberdeen.
William Cramond, Cullen.
Peter M. Cran, Aberdeen.
John Crombie, of Balgownie Lodge.
Alexander Davidson, of Desswood.
Charles B. Davidson, Aberdeen.
The Rev. John Davidson, D.D., Inverurie.
Thomas Dickson, LL.D., H.M. General Register House.
Francis Edmond, of Kingswells, LL.D.
John Philip Edmond, Aberdeen.
Robert F. O. Farquharson, of Haughton.
William Ferguson, of Kinmundy.
The Rev. James Gammack, LL.D., Aberdeen.
James Murray Garden, Aberdeen.
Henry Wolrige-Gordon, of Esslemont.
The Rev. Walter Gregor, LL.D., Pitsligo.
Alexander Kemlo, Aberdeen.
Colonel William Ross-King, of Tertowie.
The Rev. James Forbes-Leith, S.J., Paris.
George Arbuthnot-Leslie, of Warthill.
David Littlejohn, Sheriff-Clerk, Aberdeen.
Charles Fraser-Mackintosh, of Drummond, M.P.
Hugh Gordon Lumsden, of Clova.
James Matthews, of Springhill.
The Rev. John G. Michie, Dinnet.
James Moir, Rector of the Grammar School, Aberdeen.
Arthur D. Morice, Aberdeen.
Charles Rampini, Sheriff-Substitute, Elgin.
Alexander Ramsay, Banff.
Major John Ramsay, of Barra.
Alexander W. Robertson, Aberdeen.
Hercules Scott, of Brotherton.
William Forbes Skene, D.C.L., LL.D., H.M. Historiographer for Scotland.
The Rev. William Temple, Forgue.
Alexander Walker, Aberdeen.
George Walker, Aberdeen.
Robert Walker, Aberdeen.
John Forbes White, LL.D., Aberdeen.
John Dove Wilson, LL.D., Sheriff-Substitute, Aberdeen.
The Rev. John Woodward, Montrose.

Secretary:

PETER JOHN ANDERSON, 2 East Craibstone Street, Aberdeen.

Treasurer:

PATRICK HENDERSON CHALMERS, 13 Union Terrace, Aberdeen.

PREFATORY NOTE.

AN edition of the Chartulary of the Collegiate Church of Saint Nicholas, Aberdeen, was one of the works contemplated by the old Spalding Club; and with that view a transcript of the text was made by the late Mr. Francis Shaw, under the auspices of that Society. The work was to have been edited by the late eminent and learned antiquary, Dr. John Stuart; but other undertakings were held to have prior claims, the old Club was dissolved, and the task, left unaccomplished by Dr. Stuart, has fallen perforce into the less worthy hands of the present Editor.

The first volume, now issued to the Members, contains the text of the Chartulary, taken direct from the manuscript volume bearing that name, now in possession of the Town Council of Aberdeen.

For the preparation of this text the Editor, in undertaking the work, had relied largely on the transcript above-mentioned, now belonging to the Society of Advocates of Aberdeen, who had obligingly placed it at the service of the Club. Unfortunately it turned out that the transcript was entirely untrustworthy. It was found to be full of errors. In many places it is defective, leaving out not merely the recurring legal forms, but, in one or two cases, whole deeds, in not a few instances parts which affect the substance of the deeds, and very frequently names of places and of persons. It is precisely in these names that

modern readers are likely to be most interested, from their helpfulness in matters of genealogical and local history; while the substance of the charters is the substance of the Chartulary, and even the despised legal forms may be found to contribute, by their variations or by their fixedness, something not altogether valueless to the study of our Scottish Jurisprudence.

The transcript thus proving upon trial imperfect, and not to be relied on, the Committee authorised the Editor to call in the aid of another member of the Club, Mr. J. Farquhar Thomson, M.A., of the Aberdeen University Press, who has thus been officially associated with him throughout the whole of this part of his task, and whose services and assistance have proved of the greatest value. He has borne his full share of the burden, and many difficulties have yielded to his scholarship and acuteness. Mr. Thomson has also taken upon himself the main part of the very laborious task of reading the proof-sheets, and drawing up the Table of Contents.

The manuscript is in fair, but not in good condition. Three entire leaves have been either eaten by rats or torn out by more responsible vandals; eight others are partially destroyed; but it has been thought best to give the reader every word that has escaped. In one case at least, "The Privileges of Scottish Merchants trading with Flanders" (*Fragmenta, E*), the scanty fragments will be thought by many to outweigh in value whole pages of records more germane to the history of the Collegiate Church. In a few places the writing is entirely obliterated, the effect apparently of some chemical application which had been intended to make it more legible to former readers. Acknowledgments for help in cases of

unusual difficulty are due to Mr. A. M. Munro, of the Town-house. The valuable assistance of Mr. P. J. Anderson, the Secretary of the Club, has also been obligingly rendered. To the Magistrates of Aberdeen the Editor begs to tender his grateful thanks for the use of their room and the attendance, always ready, of the Town's Sergeants, while he was engaged on the work.

The side-notes are mostly of a different date from the text, and on that account are all the more valuable, as supplying in many cases later links in the history of burgh property. The notes appended to the curious list of potentates at the end, though in a different hand, seem more nearly contemporaneous with the original text.

The spelling of the original has been carefully retained, nor have the many and grave blunders in Latin grammar been corrected. Both, it was thought, have their light to shed on the state of literary culture among us at the time the Chartulary was written, *i.e.*, the last half of the fifteenth and the first half of the sixteenth centuries. And if it is not in legal documents that we are to look for literary style, yet the corruptness of the Latin is a vivid justification of the classical purism of the scholars of the Revival ; while, on the other hand, the uncouthness of the contemporary vernacular, faithfully exhibited in the deeds which are in "English," goes some way to account for the hesitation of the clergy to abandon for a tongue so rude the sonorous dignity of the Latin service-books.

The two drawings which adorn this volume are from the generous pencil of one in whom Aberdeen acknowledges the leading living representative of her long succession of distin-

guished artists, Mr. George Reid, R.S.A. The first represents the interior of the crossing and the North Transept ("Colison's Aisle") of the Church of Saint Nicholas, the most ancient part of the existing fabric; while the other gives the simple effigy of Provost Robert Davidson, who fell in 1411,

"On the field of the red Harlaw".

There are no illuminations in the manuscript, and but a few of the initial letters have any ornamentation. None are worth reproduction. The page which has been reproduced in facsimile is not only a good specimen of the whole, but is perhaps the most important document concerning the church in the collection, and is further interesting as exhibiting the autograph signatures of no fewer than five successive bishops of Aberdeen—William Elphinstone, the founder of King's College (1484-1514), Alexander Gordon (*ob.* 1518) Gavin Dunbar (*ob.* 1532), William Stewart (*ob.* 1545), and William Gordon (*ob.* 1577).

The second volume will contain an abridged translation of the text, with notes and full indices. It will also contain in full the "Notes on the Church of Saint Nicholas," written in 1818 by the late Mr. James Logan, now in the possession of the Society of Advocates of Aberdeen. A number of that author's very beautiful sketches of the old wood-work, many of them coloured, will be reproduced, together with other illustrations of such objects of interest belonging to the ancient edifice as have come down to us. The whole will be introduced by a Preface, giving an architectural and historical account of the church and some notice of its ministers.

J. C.

ABERDEEN, 20*th March*, 1888.

TABULA RERUM

LIST OF ILLUSTRATIONS

Cartularium Ecclesie Sancti Nicholai Aberdonensis

I.

De legatis a iulio Capitulum 14 fol. 1[1]

PORRO modesta pace Scoti concordes effecti cum pictis suorumque regnorum limitibus ambo contenti multo sequenti tempore regnabant nullam alterutris molestiam seu quicquid Iniurie conferentes fuerunt siquidem eo tempore reges monarche britonibus qui gentes undeque circumsitas bellis nequaquam Iniuriando vexabant sed omni mansuetudinis clementia cunctis concordiam utrobique conseruarunt Tali namque pacis concordia dum cuncte sub circio gentes potirentur Insulane Gaius Iulius Cesar postquam ponte facto Renum transiens totam perteruisset germaniam omnemque fere galliam que inter Alpes flumen Rodanum Renum et occianum est gallorum gentem ferocissimam annis ix domuisset mox britanis bellum intulit quibus autem sicut refert EUTROPIUS nec nomen quidem Romanorum cognitum est BEDA verum britania Romanis usque Gayaum Iulium cesarem inaccessa atque incognita fuit qui cum lucio bibilo consul factus germanorum gentibus et gallorum vel teritis vel superatis britonum regem Cassibilanum ad deditionem coegit GALFRIDUS Cassibilanus vectigal singulis annis librarum argenti tria milia Iulio cesari spopondit Ideo vrbis condite Anno 703° et ante dominicam Incarnationem 49° Cesar victis britonibus aquilonalium partium reges consimili volens subicere iugo premissis primo legatis qui quas petebat ab eiis seruari leges exponerent pertransijt Britaniam et ad mare scoticum quo tunc temporis britones a scotis disiuncti fuerant vsque perueniens in ripa fluminis eiusdem magno vallatus exercitu per tempus aliquot assedebat Ipsis interea scotorum regibus et pictorum per nuncios bifarias cle-

mentie simul et austeritatis direxit Epistolas quarum si priores hoc spontanee subiectionis et pacis quasi proprie salutis forsan Immemores fronte rugata stolide respuant vt alteras sibi bellorum literas mandauerit ac diffidentie presentaret

II.

De responsis eorum regum literattorie Iulio missis Capitulum 15

HUIUSMODI vero cum Audissent Reges nuncium indignati valde breui rescribentes stilo sub vno tenore coniuncti responsa dabant tali forma Reges scotorum pictorumque voce consona Romanorum ciuium Iulio procuratori salutem dicimus et pacem si que sunt pacis sapias et salutis et cetera Ad hanc clausulam Ne putas O cesar puerili nos more talibus adulationum seduci posse blanditijs quod ab innate nobis amena nobilique libertatis peruium quo [? peruia qua] nostri dicti parentes ope deorum suffulti semper ibant non a dexteris ad senistram flectentes per callem Inuiam generosi cordis cuique tortam asperam et horribilem seruili valle teterima deuios errando deducere valeas Cum hec precipue que blanditiarum insipientibus apta conueniunt pignora tue legationi defuerant giracula viz vel poma quo libationi fortius aspirat gratulando stultorum leuitas quam siquis regnum eis libere genibus offerat prouolutus Minas itidem quas ex tuis literis tempore [? te nuper] eructasse perpendi poterit parum timendas vel nichil decernimus cum eas non deorum exisse speramus decreto sed notabili tue presumptionis audacia potius ambiguum non est nam temet seu quos te fateris eorum consulem nusquam offendimus sed neque nouimus teste mundo Nobis Iniuste siquidem insontibus bella promittis in proximo si non huiusmodi pretactas superius adortationis tue sectantes semitas eliganti deiecto nobilitatis antique serto quod absit Reges tanquam blasphemi proprie gentis cunctisque monstra regibus ordine rationis euerso famulemur ciuibus et regia dignitate vertices coronis hactenus assuetos sub seruitutis torque lugubri precipites misere submittamus Igitur hec nobis tua legatione ascripta que deorum simul et hominum dissona videntur legibus Deum in adiutorium nobis et tuam perniciem si tua dictis facta sequantur insurgere presto non diffidimus Non enim ad bella quasi pompatice te prouocantes hec rescribimus sed omni voto pacem humilem et priscorum omnino saluis patrum traditionibus tuam intentius amicitiam obsecrantes Nam

auie traditionis libertatem que diligenda nobis super aurum est et topazion queque nostro iudicio cunctas longe mundanas et incomparabiliter opes transcendit et infinite Iocalia quam ab initio magnanimi patres incontaminatam nobis filijs et vsque ad mortem seruabant egregie Similiter et nos profecto non tanquam nostris demeritis post ob eorum degenerati natura[m] sed quasi suarum Imitatores legum strenui nostris post obitum filiis Inuiolatam seruabimus et absque seruili quoque scrupulo transferemus Valeas &c

III.

VNIUERSIS presentes literas inspecturis Eduardus dei gratia Rex Anglie Dominus hibernie et dux Aquitanie Salutem In domino sempiternam Cum nos nonnullique predecessores nostri Reges anglie Iura Regiminis Dominij seu superioritatis Regnj scotie conati fuerimus optinere ob hoc quod motare dira guerrarum discrimina Anglie et Scotie Regna diutius afflixissent Nos attendentes cedes occisiones scelera ecclesiarum distructiones et mala Innumerabilia que huiusmodi occasione guerrarum Regnicolis vtriusque Regni multipliciter contingebant bonisque quibus Regnum vtrumque mutuis compendiis habundaret perpetue pacis stabilitate coneximus ac per hoc contra conatus noxios Rebellare uel Impugnare volentium interius vel exterius maiori firmitate securum volumus et concedimus per presentes pro nobis heredibus et successoribus nostris quibuscunque de communi consilio assensu et consensu prelatorum procerum comitum baronum ac comitatum Regnj nostri In parliamento nostro quod Regnum scotie per suas Rectas marchias prout temporibus bone memorie Alexandrj Regis scotie vltimo defunctj fuerint habite et seruate magnifico principi domino Roberto Dei gratia Regi scotorum illustri confederato ac Amico nostro fidelissimo suisque heredibus et successoribus diuisim In omnibus a Regno Anglie Integrum liberum pacificum et quietum Remaneat Imperpetuum absque qualicunque subiectione seruitute clameo uel demanda Et si quoduis nos vel antecessores nostri in Regno scotie Retroactis temporibus petierimus uel petierint quouismodo prefato Regi scotorum heredibus et successoribus suis renunciamus et demittimus per presentes Omnes autem obligationes conuentiones et pacta initas vel inita qualitercunque cum nostris predecessoribus

quibuscunque quibuscunque temporibus super subiectione Regni scotie uel Incolarum eiusdem per quoscunque Reges uel incolas clericos uel laicos ipsius Regni Scotie pro nobis heredibus et successoribus nostris remittimus penitus et omnino Et si que litere carte munimenta uel instrumenta reperiantur de cetero ubicunque super huiusmodi obligationibus conuentionibus et pactis confecte uel confecta pro cassis irritis inanibus et vacuis habeantur nulliusque nolumus esse valoris uel momenti Et ad premissa omnia et singula plene pacifice et fideliter perpetuis temporibus obseruanda dilectis et fidelibus nostris henrico de parciaco consanguineo nostro et Willelmo de la Soucht ac eorum alteri ad sacramentum in animam nostram inde prestandum per literas nostras patentes plenam dedimus potestatem ac mandatum speciale Datum apud Abriacum primo die mensis marcij Anno gratie millesimo tricentesimo vicesimo octauo

IV.

fol. 2[1] *Copia litere Regie de Redemptione Custume Salis et pellium concesse per Illustrissimum principem Iacobum Secundum*

IACOBUS dei gratia Rex scotorum Omnibus probis hominibus tocius terre sue clericis et laicis salutem Sciatis nos pro singulari fauore quem gerimus erga dilectos nostros mercatores burgenses et communitatem burgi nostri de aberdene et pro suis gratuitis seruiciis nobis hactenus multipliciter impensis dedisse concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse pro nobis nostrisque heredibus et successoribus pro perpetuo prefatis burgensibus et communitati burgi nostri de aberdene eorumque heredibus et successoribus burgensibus eiusdem burgi vt ipsi perpetuis futuris temporibus liberi absoluti et quicti sint ab omni solutione custume salis et pellium subscriptarum volgariter dictarum skorlingis skaldingis futefell lentrinwar lambskynnis todskynnys calfskynnys cunyngskynnys ottirskynnys et foumartskynnys Et mercatores ac burgenses de aberdene eorumque heredes et successores dicti burgi burgenses de Solutione dicte custume salis et pellium predictarum absoluimus exoneramus et quittos clamamus pro nobis et nostris successoribus pro perpetuo Preterea volumus ac pro nobis et nostris successoribus concedimus dictis burgensibus et communitati de aberdene liberam potestatem atque facultatem vendendi

mercandizandi vel in excambium aut aliter permutandi tam extraneis personis et non liberis quam quibuscunque aliis personis et tam infra nostrum Regnum quam extra mercimonia predicta Salis et pellium absque quacunque custuma per ipsos extraneos aut alios quoscunque quibuscunque futuris temporibus persoluenda Ita quod de dictis Sale et pellibus per ipsos extraneos a nostris burgensibus supradictis emptis seu acquisitis Custuma nullatenus persoluetur Nisi tantum parua custuma per ipsos extraneos et non liberos dictis burgensibus et communitati de dictis sale et pellibus Retroactis temporibus hactenus debita et persolui consueta Quare vniuersis et singulis quorum interest vel interesse poterit stricte precipiendo mandamus quatenus in contrarium dicte nostre donationis exonerationis et quittclamacionis nullatenus deuenire presumant seu eorum aliquis deuenire presumat sub omni pena quam erga nostram Regiam incurrere poterint seu poterit maiestatem In cuius rei testimonium presentibus literis pro perpetuo duraturis nostrum magnum Sigillum apponi precepimus Testibus Reuerendo in Christo patre Willelmo Episcopo Glasguensi Willelmo domino Creichtoune nostro cancellario et consanguineo predilecto Dilectis consanguineis nostris Andrea domino le gray magistro hospicij nostri Willelmo domino Somervile Alexandro de narne de Sandfurde nostrorum Computorum Rotulatore et magistro Georgio de Schoriswod cancellario Dunkeldensi clerico nostro Apud Striuelyne Sexto die mensis decembris Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo Et Regni nostri decimo sexto

V.

Litera donationis terrarum de Crovys per Iacobum tertium Scotorum Regem

[I]ACOBUS dei gratia Rex Scotorum omnibus probis hominibus tocius terre sue clericis et laicis salutem Sciatis nos dedisse concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse dilectis nostris preposito balliuis consulibus et communitati burgi nostri de Aberdene terras de Crwuys cum pertinentiis iacentes infra vicecomitatum nostrum de Aberdene Quequidem terre cum pertinentiis fuerunt dilecti nostri Iohannis bannyrman de Alesike hereditarie Et quas idem Iohannes non vi aut metu ductus nec errore lapsus set sua mera et spontanea voluntate in manus nostras apud Striueline coram subscriptis testibus per fustem et

baculum ac suos procuratores ad hoc legittime constitutos sursum reddidit pureque simpliciter resignauit Ac totum Ius et clameum que in dictis terris cum pertinenciis habuit seu habere potuit pro se et heredibus suis omnino quittum clamavit Imperpetuum Tenendas et habendas dictas terras de Crwuys cum pertinentiis dictis preposito
fol. 2 ballliuis consulibus et communitati burgi de Aberdene et eorum successoribus prepositis consulibus et communitati eiusdem burgi perpetuis futuris temporibus de nobis heredibus et successoribus nostris in feodo et hereditate imperpetuum per omnes rectas metas suas antiquas et diuisas prout iacent in longitudine et latitudine Cum omnibus et singulis libertatibus commoditatibus et asiamentis ac Iustis pertinentiis quibuscunque tam non nominatis quam nominatis ad dictas terras cum pertinentiis spectantibus seu quouismodo Iuste spectare valentibus in futurum Et adeo libere quiete plenarie integre honorifice bene et in pace in omnibus et per omnia sicut dictus Iohannes aut predecessores sui predictas terras cum pertinentiis de nobis aut predecessoribus nostris ante dictam resignationem nobis inde factam liberius tenuit seu possedit tenuerunt seu possederunt Reservatis nobis et successoribus nostris seruiciis oneribus vtilitatibus et emolumentis de dictis terris ante dictam resignationem debitis et consuetis In cuius Rei testimonium presenti carte nostre magnum sigillum nostrum apponi precepimus Testibus Reuerendis in Christò patribus Andrea Episcopo glasguensi thoma episcopo aberdonensi dilectis consanguineis nostris Andrea domino avandale cancellario nostro colino comite de ergile domino cambel magistro hospicii nostri gilberto domino kennedy Iohanne domino dernle alexandro boide de drumcoll Iohanne de culquhone de eodem nostrorum compotorum Rotulatore militibus magistris dauid de guthre de kincaldrum thesaurario nostro et Archibaldo quhitelaw archidiacono morauiensi Secretario nostro apud Striueline vicesimo sexto die mensis Octobris anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto Et Regni nostri Sexto

VI.

Instrumentum de traditione saisine terrarum de Crois in confirmacionem regis et infeftum

[I]N nomine domini Amen Per hoc presens publicum instru-

mentum Cunctis pateat euidenter et sit notum quod anno incarnacionis dominice millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto mensis vero Iunii die vicesimoquinto Indictione decimaquarta Pontificatus sanctissimi in christo patris et domini nostri domini Pauli divina providentia pape secundi anno eius secundo In mei notarij publici et testium subscriptorum presentia personaliter constitutus honestus vir Dauid filius Duncani vnus marorum vicecomitatus de Aberdene de mandato et precepto ut assignauit nobilis viri Iohannis ogistoune vicecomitis deputati de Aberdene honorabili et multum circumspecto viro Ricardo de kyntor pro tempore preposito burgi de Aberdene vni inter attornatos prepositi balliorum consulum et communitatis dicti burgi specialiter nominato ac in literis Serenissimi principis et domini Iacobi domini Scotorum Regis illustrissimi sub testimonio magni Sigilli dicti Regis in cera alba sigillatis In hac parte principaliter constituto veluti manifestius patuit intuenti Saisinam terrarum de Crois cum pertinenciis Iacentium infra vicecomitatum de aberdene nomine dictorum prepositi balliorum consulum et communitatis dicti burgi hereditarie tradidit conferendo per sibi tradicionem terre et lapidis In principaliori dictarum terrarum habitaculo dictum Ricardum nomine quo supra Imponendo Secundum formam et tenorem carte Regie dictis preposito balliuis consulibus et communitati dicti burgi concesse desuper et confecte Omnibus quod proposito balliuis consulibus et communitati burgi de Aberdene ad saisinam hereditarie sicut predicitur debito modo conferendam Illustrissimus Rex Scotorum Iacobus antedictus per suas literas vicecomiti et balliuis suis de Aberdene directas dederat in mandatis quarum tenor sequitur prout ecce IACOBUS dei gratia Rex scotorum vicecomiti et balliuis suis de aberdene salutem Quia concessimus hereditarie dilectis nostris preposito balliuis consulibus et communitati burgi nostri de aberdene terras de Crois cum pertinenciis Jacentes infra balliam vestram quequid terra cum pertinenciis fuerunt Iohannis bannyrman de alesike hereditarie Et quas Idem Iohannes non vi aut metu ductus In manibus nostris pure et simpliciter resignauit prout in carta nostra desuper confecta plenius continetur Vobis precipimus et mandamus quatenus dictis fol. 3[1]
preposito balliuis consulibus et communitati saisinam dictarum terrarum cum pertinenciis secundum tenorem dicte carte nostre quam Inde habent Iuste habere faciatis et sine dilatione et hoc nullo modo

omittatis Teste me ipso apud strivueline vicesimoseptimo die mensis octobris Anno Regni nostri Sexto DE ET SUPER quibus omnibus et singulis prefatis Ricardus de kyntor prepositus a me notario publico subscripto sibi fieri petiit presentes publicum instrumentum Acta erant hec apud dictas terras de Crois hora quasi vndecima ante meridiam vel eocirca sub anno mense die Indictione et pontificatu quibus dictis Presentibus ibidem honorabilibus viris Andrea stewart Roberto mason Willelmo Dere thome marnoch et Roberto gillespy notario publico testibus ad premissa vocatis pariter et Rogatis

Et ego Iohannes Badenach clericus Aberdonensis diocesis publicus Imperiali auctoritate notarius quia premissis omnibus et singulis dum sic vt premittitur agerentur et fierent vna cum prenominatis testibus presens interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi sciui et audiui ac in notam sumpsi Ideoque hoc presens publicum instrumentum manu mea scriptum superius et inferius et exinde confeci signoque et nomine meis solitis et consuetis signaui Rogatus et requisitus In fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum

VII.

Venditio terrarum de Crois

[O]MNIBUS hanc cartam visuris uel audituris Iohannes banerman de Alesike salutem in domino sempiternam Noueritis me dedisse concessisse ac precise omninoque vendidisse ac titulo venditionis alienasse et hac presenti carta mea confirmasse honorabilibus et prouidis viris preposito balliuis consulibus burgensibus et communitati burgi de aberdene totas et integras terras meas antiquitus nuncupatas le smythihalch modernis diebus vocatas le Croes cum pertinenciis iacentes infra vicecomitatum de aberdene Ac totum Ius et clameum que in dictis terris cum pertinenciis habui habeo uel habere potero pro me et heredibus meis omnino quitclamasse pro quadam certa summa pecunie quam dicti prepositus balliui et consules pro Redempcione et ob impignoracionem dictarum terrarum cum pertinenciis ab Edmundo banerman filio et herede quondam Iohannis banerman dudum satisfecerunt Necnon michi in mea magna et vrgenti necessitate bene et fideliter persoluerunt in prompta pecunia numerata

Vnde me bene contentum teneo penitus et solutum Ac dictos prepositum balliuos consules burgenses et communitatem dicti burgi et successores suos inde quitclamo imperpetuum per presentes renunciando solempniter et expresse doli mali metus non numerate pecunie et omnibus aliis exceptionibus tam peremptoriis quam dilatoriis que penes supradictam solucionem prefatis preposito balliuis consulibus burgensibus et communitati dicti burgi obesse aut michi heredibus et assignatis meis prodesse valeat aut poterit seu valeant aut qualitercunque poterint in futurum Tenendas et habendas omnes et singulas terras predictas cum pertinenciis prefatis preposito balliuis burgensibus consulibus et communitati dicti burgi et successoribus suis a me et heredibus et assignatis meis de domino nostro Rege heredibus et successoribus suis in feodo et hereditate imperpetuum per omnes rectas metas suas antiquas et diuisas In moris marresiis petariis turbariis viis semitis planis pascuis et pasturis boscis planis siluis et virgultis aucupacionibus venacionibus et piscacionibus molendinis multuris et eorum sequelis cum curiis et earum exitibus ac eschaetis bondagiis aueragiis caruagiis et mulierum merchetis Et cum omnibus aliis et singulis libertatibus commoditatibus et aisiamentis ac Iustis pertinenciis quibuscunque tam subtus terra quam supra terram tam fol. 3[2]
procul quam prope tam non nominatis quam nominatis ad dictas terras cum pertinenciis spectantibus seu iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum Adeo libere et quiete plenarie integre honorifice bene et in pace in omnibus et per omnia sicut aliqua terra infra regnum Scocie alicui persone liberius datur conceditur assignatur seu possidetur sine Reclamacione reuocacione aut contradictione aliqua mei uel heredum aut assignatorum meorum seu aliorum quorumcunque inde facienda qualitercunque infuturum Faciendo inde dicti prepositus balliui consules burgenses et communitas burgi predicti domino nostro Regi heredibus et successoribus suis seruicia de dictis terris cum pertinenciis debita et consueta tantum pro omni alio seruicio seculari exactione uel demanda que de dictis terris cum pertinenciis aliqualiter exigi poterit aut requiri Et ego vero prefatus Iohannes banerman heredes et assignati mei totas et integras predictas terras de Smythihalch siue de le Croes cum pertinenciis prefatis preposito balliuis consulibus burgensibus et communitati dicti burgi et successoribus suis Warrantizabimus acquetabimus et imperpetuum defendemus In cuius rei testimonium Sigillum

meum presenti carte est appensum mee Apud dictum burgum decimo secundo die mensis Ianuarii anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono Testibus honorabilibus prouidis et circumspectis viris dominis et magistris Roberto stewart vicario dicti burgi alexandro yung canonicis ecclesie aberdonensis alexandro banerman germano meo Iohanne voket et magistro Iohanne cadiou notario publico burgensibus dicti burgi cum multis et diuersis aliis

VIII.

Confirmacio Regis facta Iohanni banerman burgensi de aberdene super terras de croffis

[I]ACOBUS dei gratia Rex Scotorum Omnibus probis hominibus tocius terre sue clericis et laicis Salutem Sciatis nos quasdam literas Iohannis banerman de Alesike factas et concessas auunclo suo Iohanni banerman burgensi de Aberdene de totis terris suis de Croffis cum pertinenciis iacentibus infra vicecomitatum de Aberdene de mandato nostro visas lectas inspectas et diligenter examinatas non rasas non abolitas non cancellatas nec in aliqua sui parte viciatas sed omni prorsus vicio et suspicione caventes ad plenum intellexisse in hunc modum Til all and sindry yat yir present lettres sal here or see Iohne banerman of Alesik greting in god ay lestand Wit ze me til hafe gevin and grantit and in fee and in heritage til haf assignit and be yir present lettres confermyt to my derrest eme Iohne banerman burges of aberdene all my landis of ye Croffis with ye appertenents lyand within ye serrefdom of Aberdene for sevyn score of markis of ye vsual money of scotland til me be ye said Iohne myn eme thankfully payd and in myn vse conuertid Of ye quhilk soome I hald me content and payt and quitclamis yrof ye forsaid Iohne myn eeme his ayris and his assignis for evir To be haldin and had ye forsaid landis with ye pertinents to ye forsaid Iohne myn eme his ayris and his assignes frely quietly honorably weil and in pece be all rightwiss Wonnt merkis and meris of it with all commoditeis esementis and fredomys with wod and quarale and ryghtwiss pertenents quhatsumeuir to ye said landis pertenand or ony maner of way ryghtwisly may pertene in tym to cum with court and plaint and chet of court herezeld and merchet alwais quhill I ye forsaid Iohne myn ayris or myn assignes content and pay ye forsaid Iohne myn eme his ayris or

assignes in ye kirk of Elone at twa terms yat is to say thre score of merkis and ten on a day and thre score of merkis and ten on ane vyir day or ellis ye hail soome sevyn score of merkis on a day lely and treuly in nombrit money but fraude or gile ye froytis proffitis malis and Rentis of ye said landis with ye pertinentis in ye meyn tym quhil ye payment of ye said some of sevyn score of merkis to ye forsaid Iohne myn eme his ayris and assignes to be made tane and raysit into ye sorte of ony part of payment of ye said soome nocht to be reknyt or contit for I ye forsaid Iohne for me myn ayris and assignes giffis frely be ye tenour of yir lettres all ya forsaid froytis proffitis Rentis and malis to ye said Iohne myn eme his ayris and assignes for evir mar for ye consel and gude dedis of ye forsaid Iohne myn eme to me done And gif it hapnys ye forsaid landis to fal in Ward or be recouyst sa yat be strenth of law ye forsaid Iohne myn eme his ayris or assignes find impediment or be lettit to brouke ye forsaid landis quhil yai be oute qwit I obliss me myn ayris and myn assignes and all my landis gudis mouable and vnmouable to be tane raysit and salde at ye wil of ye said Iohne myn eme his ayris or assignes quhil til him of all coftis and skathis gif he or yai ony sustenis as of ye principale sevin score of merkis fullely be made assithe and I ye forsaid Iohne myn ayris and myn assignes all ye forsaid landis of ye Croffis with ye pertinentis in maner and fourme as is before writin to ye forsaid Iohne myn eme his ayris and his assignes againis all dedelik sal warand acquit and defend for evyr endurand ye tyme forsaid To ye quhilk I ye forsaid Iohne has gefin heritable possession to ye said Iohne myn eme In witnes of ye quhilk thing I hafe set to my seil at Aberdene And to ye mare witnes I hafe procurit ye seil of a honorable man Iohne ye vaus burges of Aberdene to be put to ye xiij day of nouember ye yer of our lord miiijc and fourty befor yer witnessis vmfray lask of yat ilk Simon banerman of balmacasy Iohn of crouden and Iohn of staneburgh of Aberdene with vyir sindry Quas quidem literas in omnibus punctis suis et articulis conditionibus et modis ac circumstantiis suis quibuscunque forma pariter et effectu in omnibus et per omnia approbamus ratificamus et per presentes confirmamus Saluis Iure nostro et seruiciis ante presentem confirmacionem de dictis terris debitis et consuetis In cuius rei testimonium presentibus magnum sigillum nostrum apponi precepimus Testibus dilecto consanguineo nostro Willelmo domino de Crechton cancellario nostro alexandro de leving-

ston de calentar Iohanne de cokburn et Willelmo de cranston militibus apud Edinburgh secundo die aprilis anno regni nostri quinto

IX.

fol. 4[1] [I]N honore veneracione adornacione et Reparacione Sanctissime matris nostre spiritualis ecclesie ex cuius gremio nati fuimus ad vitam et saluacionem testante domino in Euangelio dicente Nichodemo dicente Oportet vos nasci denuo nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest videre regnum dei homo terrenus sit celestis per aquam baptismi et sit transitus de peccato ad vitam de culpa ad graciam de inquinamento ad sanctificacionem Et qui per hanc aquam transit non moritur sed resurgat Due sunt natiuitates vna de terra alia de celo tamen Nichodemus non nouerat nisi vnam natiuitatem de terra ex Adam et eua carnaliter ex deo et ecclesia nondum nouerat de celo spiritualiter Non nouerat nisi eos parentes qui duxit ad mortem nondum nouerat eos parentes qui gererent ad vitam Nichodemus intelligebat vnam natiuitatem de terra idest caro de carne secundum adam et euam carnaliter Secundam autem natiuitatem de celo non intellexit idest spiritus de spiritu secundum christum et ecclesiam spiritualiter Apostolus dicit primus homo de terra terrenus idest adam secundus homo de celo celestis idest christus Ex adam eua ex christo creuit ecclesia Adam peccauit christus eum saluauit primus homo peccator secundus homo saluator Ecclesia sancta est mater omnium credencium que natos carnaliter ad mortem et dampnacionem Regeneratos spiritualiter ad vitam perducit et saluacionem Sancta mater ecclesia in primo homine prefigurata est nam ex latere Ade dormientis fabricata fuit eua sponsa carnalis ade mater penarum et dampnacionis Ita ex latere christi et vulnere pendentis in cruce creuit ecclesia sancta sponsa spiritualis christi mater misericordie et saluacionis Latus hominis dormientis aperuit deus nec eum tamen a quieto sopore excitauit in quo eciam opere sacramentum christi et ecclesie figuratum est Quia sicut mulier coniux Ade ex latere viri formata est Ita sancta ecclesia mater alma coniux christi ex sacramentis que de uulnere lateris christi in cruce dormientis perfluxerunt sanguis et aqua quibus redimimur a penis et abluimur a culpis Prima natiuitas carnaliter produxit nos ad mortem Secunda natiuitas reuocat nos spiritualiter ad vitam Per primam

natiuitatem vasa ire fuimus ipse fons nos vasa Per secundam natiuitatem vasa misericordie dei fieri meruimus Omnes nos ante baptismum phana diaboli fuimus et post baptismum templa christi esse meruimus Cum manifeste dicit apostolus vos enim estis templum dei vnum sicut dicit dominus Inhabitabo in eis et inter ipsos ambulabo et Iterum Templum enim dei factum est quod estis vos et Iterum Nescitis enim quoniam corpora vestra templum est spiritus sancti aceciam Soluite templum hoc et in triduo reedificabo illud id est templum corporis sui Igitur fratres carissimi gaudeamus quia templum dei esse meruimus Sed timeamus ne templum dei malis operibus violemus Timeamus illud quod apostolus dicit Si quis templum dei violauerit disperdet illum dominus Ita fratres laboremus ut nobis bonorum opum clauibus ianuam Regni celestis aperire possumus sicut enim malis operibus quasi quibusdam seris ac vectibus vite nobis ianua clauditur Ita absque dubio bonis operibus aperitur Opera ergo bona seminemus fratres dum tempus est dicente apostolo Qui parce seminat parce et metet Infatigabiles inquid dum tempus habemus operemur bonum ad omnes et maxime ad domesticos fidei Et ecce nunc tempus acceptabile ecce nunc dies salutis Deus omnium qui celum et terram verbo potencie sue sine vllo labore potuit fabricare in te dignatur habitare Ideo sic debes agere ut talem habitatorem non conuincaris offendere Et si deus redemptor decessit statim diabolus deceptor accedit Infelix est anima illa que a summo celo defertur et a diabolo occupatur euacuatur lumine et tenebris adim- fol. 4[2]
pletur exhauritur dulcedine inebriatur veneno et in amaritudine perdit vitam Inuenit mortem acquirit supplicium perdit paradisum Fideliter et recte ecclesiam matrem nostram spiritualem populi christiani colunt qui se ecclesie filios esse cognoscunt Et merito matrem ecclesiam colunt per quam se spiritualiter ad vitam regeneratos sciunt et credunt Quotiens ad ecclesiam venimus qualem inuenire volumus tales animas nostras preparare debemus quomodo tu intras in ecclesiam sic deus vult in animam tuam intrare sic ipse promisit inhabitabo in illis Sancta mater ecclesia immaculata cohitu fęcunda partu virgo est castitate mater est prole parturit nos itaque virgo non caritate [*sic*] plena sed spiritu parit nos virgo non cum dolore membrorum sed cum gaudijs angelorum nutrit nos virgo non corporis lacte sed catholica fide Alma mater ecclesia uirgo est ecclesie sacramentis mater est populis Erga fratres karissimi iocundemur et cum magna exultacione letemur in adornacione

decoracione et veneracione sanctissime matris nostre ecclesie sicut fecerunt populi hebreorum vt in historia legitur. Ornauerunt faciem templi coronis aureis et dedicauerunt altare domino et facta est leticia magna in populo Filij igitur benigno spiritu operibus caritatis instigati ab antiquo ornauerunt faciem sancte matris nostre ecclesie vestimentis aureis argenteis et bombicinis auri textis ymaginibus lucentibus gemmis preciosis calicibus codicibus campanis et aliis vtensilibus ad diuinum obsequium et ministerium conuenientibus Et dedicauerunt idest sacrificauerunt altare domino honorifice in odorem suauitatis holocaustis sacrificijs missis decimis premicijs et obulacionibus spiritualibus jeiunijs et oracionibus in hympnis et confessionibus et dulcibus canticis benedicebant dominum Et sic facta est leticia magna in populo Ideo fratres letemur nos et Iocundemur gliscentes eorum vestigia beneuole proscrutari

[V]enerabiles multi ante nos fuerunt temporibus suis qui ducti deuocione magna in honore dei omnipotentis sancte marie virginis ac beatissimi confessoris beati Nicholai patroni nostri et omnium sanctorum dei decorauerunt et adornauerunt matrem nostram spiritualem ecclesiam parochialem de Aberdene pluribus beneficijs et operibus sanctis quorum nomina in libro vite sunt merita in celis et anime sanctorum coequales et fere eorum nomina et opera sancta modo traduntur obliuioni Sed o quam dignum et iustum est et toti racioni consonum ut nomina eorum et bona opera ad memoriam reuocemus ut de bono ope et deuocione proximi habeant exemplum et glorificent deum nostrum qui in celis est per quem omnia facta sunt et sine quo factum est nichil cui laus potestas imperium et gloria fiunt per infinita seculorum secula amen

Turine

[A]nno domini Millesimo tricentesimo quadragesimo venerabiles viri Willermus de turyne Stephanus de manuell et Bertholomeus de Eglishame ornauerunt ecclesiam parochialem dicti burgi de principaliore et maiore ymagine sancti Nicholai in medio magni altaris situata quorum animas recipiat deus in eternam saluacionem pro sua pietate

Vokett

[A]nno domini Millesimo tricentesimo quadragesimo Ymago sancti Nicholai ad australem partem magni altaris antedicti situata inibi fuit

ab inicio fabrice dicte parochialis ecclesie quam quondam Radulphus voket burgensis dicti burgi renouauit in pictura cuius anime propicietur deus

[A]nno domini Millesimo quadragesimo primo Willermus de Strabrok dicti burgi burgensis fundauit altare super columpnam inferiorem partis borealis nauis parochialis ecclesie dicti burgi super quam eciam lapis scissus pro conseruacione aque sancte constituitur In honore sancti Iacobi apostoli quod quidem altare ornauit de ymagine sancti Iacobi ibidem situata vestimentis sacris sacerdotalibus de calice deaurato breuiario missali et alijs vtensilibus conuenientibus ad diuina Et sepultus est ante idem altare Cuius animam perducat deus ad vitam et gloriam sempiternam fol. 5[1] Strabrok

[A]nno domini Millesimo tricentesimo quadragesimo secundo venerabilis vir dominus Iohannes de kyngorne primus institutus fuit per Reuerendum in Christo patrem et dominum dominum Alexandrum de kynnynmounde Episcopum Aberdonensem in vicaria ecclesie parochialis de Aberdene Et ornauit altare beati Nicholai de vestimento sacerdotali de serico varijs coloribus intexto et cappa auri texta Et sepultus est in choro Cuius animam perducat deus ad eternam gloriam Kingorne

[A]nno domini Millesimo tricentesimo quinquagesimo Thomas mersere burgensis dicti burgi ornauit altare sancti Nicholai de vno tabernaculo passionis christi inter ymagines et altare situato attingens a fine altaris vsque ad finem Et sepultus est ante idem altare Cuius animam perducat deus ad patriam exultacionis sine fine amen Merser

[A]nno domini Millesimo tricentesimo quinquagesimo primo honorabilis vir Willermus de leith ornauit ecclesiam parochialem dicti burgi de duabus magnis campanis magni precij in campanili pendentibus nomen maioris campane Laurencius et minoris Maria suis proprijs sumptibus et expensis Cuius merito animam perducat deus ad gloriam Leyth

[A]nno domini Millesimo tricentesimo quinquagesimo secundo dictus Willermus de leith burgensis dicti burgi ornauit dictam eccle- Leyth

siam parochialem de completo vestimento sacerdotali de velueto blauio magni precij deaurato super le orfrois ac eciam alijs vtensilibus ad diuina conuenientibus Cuius animam deus pro sua pietate ad gloriam perducat eternam

Anstruther [A]nno domini Millesimo tricentesimo quinquagesimo secundo Iohannes de Anstroyer burgensis dicti burgi ornauit altare sancti Nicholai de ymagine sancte marie super magnum altare situata ex parte boreali antedicti altaris Cuius anime propicietur deus et eam perducat ad patriam claritatis eterne

Craig [A]nno domini Millesimo tricentesimo quinquagesimo tercio honorabilis vir et famosus Iacobus de crag ornauit altare sancti Nicholai de parua ymagine sancti Nicholai super idem altare versus boream situata Cuius anime miseriatur deus et perducat ad gloriam

Bruce [A]nno domini Millesimo tricentesimo quinquagesimo quarto Nobilis domina et deuota cristiana de le bruys ornauit altare beati Nicholai de calice argenteo cum lapidibus preciosis infixis Cuius anime propicietur deus sine fine amen

fol. 5[2] Leyth [A]nno domini Millesimo tricentesimo quinquagesimo quinto prefatus Willermus de leith tunc prepositus dicti burgi cum assistencia et adiutorio communitatis eiusdem cepit fabricare chorum ex parte australi nauis ecclesie extendens ab altari sancti leonardi vsque ad occidentalem finem Ad quam vero fabricam de bonis proprijs contulit quadraginta libras Et residuum vero expensarum collatum fuit per communitatem Et dictus Willermus tradidit et legauit in testamento sue vltime voluntatis ad fabricam chori borealis dicte parochialis ecclesie quadraginta libras ad finem que per modum chori australis fabricaretur

Leith [A]nno domini Millesimo tricentesimo quinquagesimo sexto Idem Willermus de leith augmentauit chorum beate virginis marie in longitudine versus austrum per spacium sexdecim pedum et ibi fundauit altare beatorum laurencij et Niniani ac ornauit illud de dictorum sanctorum ymaginibus super idem altare situatis Ac eciam de libro missali et breuiario bene litteratis et notatis ac de diuersis vestimentis

sacerdotalibus et alijs necessarijs conuenientibus ad diuina Et sepultus est ante idem altare Cuius animam perducat deus ad celestem patriam

[A]nno domini Millesimo tricentesimo quinquagesimo septimo vir honestus et venerandus Alexander Willermi burgensis de Aberdene fundauit Altare in fine occidentali ecclesie predicte ex parte boriali et ornauit illud de ymagine que dicitur le Brouncroyce desuper situata et de calice deaurato libro missali et alijs vtensilibus ornamentis que ad diuina conuenire debeant Eciam in choro de lapidibus quadragis fecit pavimentum et picturam inferius et exterius et sepultus est ante Altare cuius anime miseriatur deus Willeamsone

[A]nno domini Millesimo tricentesimo quinquagesimo octauo prouidi viri et discreti dominus Andreas de Curtastoune capellanus sancte Anne et Iohannes fichat burgensis ad fabricam ecclesie et pro ipsius reparatione magistri specialiter electi fuerunt Quiquidem reparauerunt ecclesiam parochialem de pauimento lapidum quadratorum tanquam solicitatores et actores operis ecclesie sumptibus et expensis communitatis ac etiam de bonis propriis quorum animarum misereatur deus Curtastoun

[A]nno domini Millesimo tricentesimo quinquagesimo Nono vir bonus et burgensis Willermus de merenez decorauit ecclesiam parochialem de magna ymagine sancte marie desuper Altare sancti leonardi situata et de vna fenistra vitria ex parte Australi chori cuius anime misereatur deus Merins

[A]nno domini Millesimo tricentesimo quinquagesimo nono honorabiles burgenses laurentius de Crag et Iohannes scherar fundauerunt Altare Beati Duthaci et ornauerunt illud de eadem ymagine desuper situata de calice deaurato et vestimentis sanctis et alijs vtensilibus conuenientibus ad altare Ac etiam dominus Andreas de Abircrumby capellanus eiusdem reparauit idem Altare de vestimento sacerdotali quorum animarum misereatur deus Craig Scherar

[A]nno domini millesimo tricentesimo sexagesimo vir honestus et Chalmer

fol. 6[1] discretus Willermus de Camera de fyndoune ac burgensis de Aberdene fundauit Altare sancte katerine in ecclesia parochiali de Aberdene et reparauit illud de eadem ymagine desuper situata et de calice deaurato et alijs vestimentis sanctis conuenientibus ad diuina Et sepultus est ante Altare Cuius anime misereatur Deus

Robertus dauidsone occisus in Harelaw 1361 [*sic*]

[A]nno domini millesimo tricentesimo sexagesimo primo Dominus Andreas de Curtastoune vir honestus et capellanus deseruiens altari beate Anne potentis viri Roberti dauid burgensis de Aberdene Quiquidem dominus Andreas reparauit dictum altare de vna cappa Rubij coloris auri texta et vno le baudekyne Rubij coloris de panno auri et de calice deaurato cum fixura cristalli lapidis in medio et alijs vtensilibus pertinentibus ad altare sumptibus et expensis Dicti Roberti magistri sui pariter et de suis propriis Quiquidem Robertus eo tempore prepositus predicti burgi edificauit pretorium ex parte boreali in foro in opposito crucis sumptibus et expensis communitatis Et erat vir in cunctis prospere agens fortis et audax et obijt in bello de harelaw et cum eo plures burgenses laudabiles invariabiles honestatibus radicati omnique probitate innouati quorum nomina propter temporis breuitatem et nominum errantiam expremi non possunt ut deceret in defensione ville et pro patrie libertate sub vexillo domini Alexandri senescalli comitis marrie Et sepultus dictus Robertus Ante Altare sancte Anne in ecclesia parochiali predicta Cuius anime misereatur Deus

Vokett

[Y]mago sancti Nicholai ad Australem partem magni Altaris desuper situata fuit ab inicio fabrice ecclesie quam quondam Radulphus voket prouidus burgensis tempore suo renouauit in pictura Cuius anime misereatur Deus

Forbes

[A]nno Domini Millesimo tricentesimo sexagesimo secundo Potens dominus Dominus Alexander de forbes de eodem miles reparauit Altare beate Anne de vno vestimento volueti varijs coloribus auri texto Cuius anime misereatur Deus

X.

Wilhelmus Scherar olim prepositus de aberdene fol. 6[2]

VNIUERSIS Christi fidelibus Hanc cartam Visuris uel audituris Willelmus Scherar burgensis burgi de abrodene salutem in domino sempiternam Quia per deuotas oraciones ac missarum celebraciones vbi christus dei filius pro peccatis nostris patri offertur presertim creditur peccata dimitti purgatorijque penas demoliri et ab iis defunctorum animas frequencius liberari ac in paradisi gaudiis collocari Hinc est quod Ego Willelmus Scherar predictus pie deuocionis effectu ductus cum consensu et assensu Iabelle vxoris mee carissime in honore sancte et Indiuidue trinitatis patris filij et spiritus sancti gloriosissime virginis marie beati duthaci nec non sancte brigide omniumque sanctorum dei in augmentationem vnius perpetue capellanie vni capellano ydoneo perpetue celebraturo in ecclesia parochiali beati Nycholai de abrodene ad altare beati duthaci per aldirmannum balliuos communitatem de abrodene ab antiquo in parte fundatum Eandem capellaniam de nouo ampliare dotare et augmentare domino favente disposuj et ordinauj cum terris et annuis meis redditibus infrascriptis vnacum consensu et assensu aldromannj balliuorum et communitatis predictorum prout in literis patentibus eorundem me et meis constitutis de Iure patronatus dicti altaris desuper confectis plenius continetur Nouerit igitur Vniuersitas uestra me cum consensu et assensu supradictis diuine contemplacionis intuitu dedisse concessisse et confirmasse ac tenore presencium dare concedere et hac presenti carta mea ad mortuam manum in quantum in me est confirmare deo et gloriosissime Virgini marie beatisque duthaco et brigide Virgini dictoque altari et capello Inhibi pro perpetuo celebraturo pro salute anime mee et animarum vxoris mee predicte ac patrum et matrum meorum et priorum fundatorum eiusdem capellanie parentum et successorum meorum fratrum et sororum et benefactorum meorum omniumque aliorum viuorum et defunctorum a quo uel a quibus aliqua bona recepi et eisdem ad condignum non satisfeci Totum illud tenementum viz terram meam tam vastam Iacentem in vico nauium dicti burgi inter terram Willelmi moir ex parte occidentali ex vna et terram Iohannis Gouis ex orientali partibus [*sic*] ab altera et eciam terram meam tam

vastam Iacentem in eodem vico inter terram Iohannis Gouis ex parte occidentali et viam regiam ex parte orientali Item quatuor solidos et iiij^or^ denarios de terra thome litster Iacente on [*sic*] vico superiori ecclesie inter terram ade litster ex parte boreali et terram thome trayl ex parte australi Et alium annuum redditum sex solidorum et octo denariorum de terra dicti thome traal Iacente in eodem vico inter terram dicti thome litster ex parte boreali et terram thome club ex parte australi Et vnum annuum redditum viginti denariorum de terra dicti thome club Iacente in dicto vico inter terram thome tralle ex parte boreali et terram Iohannis crag ex parte australi Et vnum annuum redditum nouem solidorum de terra Willelmi mor Iacente in vico nauium inter terram andree alanj ex parte occidentali et antedictam terram meam ex parte orientali Et vnum annuum redditum septem solidorum et xi denariorum de terra Iohannis Gouis in dicto vico inter predictas terras meas ex parte occidentali atque orientali Et vnum annuum redditum quadriginta denariorum de terra Willelmi club pistoris Iacente super finem dicti vici nauium inter terram quondam gilberti masone ex parte orientali et communem viam regiam ex parte occidentali Et vnum annuum redditum tresdecim solidorum et iiij^or^ denariorum de terra Andree scot in vico inferiori ecclesie inter terram Walteri . . .

Cetera desunt

FRAGMENTA

Folium septimum omnino deest

A

fol. 8[1] *Carta donacionis octo mercarum altari beatorum laurencii et Niniani*

[O]MNIBUS hanc cartam visuris uel audituris Willelmus de melgdrum dominus de achneeff et de Petkarry eternam in domino salutem Noueritis me in mea legitima potestate et corporis sanitate pro salute anime mee et margarete socie mee filiorum et filiarum nostrorum antecessorum et successorum nostrorum ac omnium fidelium defunctorum dedisse concessisse et hac presenti carta mea confirmasse deo

et beate marie virgini et omnibus sanctis et altari beatorum laurencij martiris et Niniani confessoris in choro beate marie virginis dedicato et situato in ecclesia beati nicholai de Aberdene octo marcas vsualis monete sterlingorum annuatim percipiendorum ad cuiuslibet Anni terminos Vsuales ad Inueniendum vnum capellanum ydoneum dicto altari perpetuo seruiturum et ad inueniendum honestum luminare ac omnia ornamenta dicto altari incumbencia in pane et vino et aliis Videlicet quadraginta solidos de terra de le Wattirton prope Ellon quam laurencius de foty burgensis de Aberdene de me hereditarie tenet Et tresdecim solidos et quatuor denarios de illo crofto quem alexander filius Willelmi de me tenet in vico de foty infra territorium croftorum eiusdem vici et viginti solidos de illis duabus perticatis terre ex vtraque parte terre mee proprie quam inhabito in occidentali parte vici furcarum collateratim iacentibus quas perticatas terre de me tenet heriditarie Dominus Iohannes de melgdrum capellanus filius meus et fergusius filius alexandri burgensis de aberdene Et sex solidos et octo denarios de illo tenemento quod Iohannes filius colini burgensis de abirdene de me hereditarie tenet in vico de le grene Et viginti sex solidos et octo denarios sterlingorum de terra mea de Ardechoyrk infra dominium de melgdrum Volo eciam et per presentes concedo pro me et heredibus meis quod Aldirmannus quatuor balliui et conseruatores fabrice ecclesie beati nicholai supradicte qui pro tempore fuerint habeant et possideant redditus predictarum octo mercarum ad inueniendum dictum capellanum ydoneum predicto altari perpetuo seruiturum modo et forma supradictis in christi ordinatione Episcopi aberdonensis qui pro tempore fuerit adeo libere et quiete plenarie et honorifice sicut dictas terras et redditus prenotatas de mero conquestu dei et mei presens emi tenui et possedi Ita quod nec ego nec heredes mei aut aliquis uel aliquj ex parte nostra in dictis terris vel redditibus aliquod Ius uel clameum de cetero exigere uel vendicare poterimus nec quoquomodo a seruicio predicti altaris alienare in futuro Subiciendo me et heredes meos in . . domini Episcopi aberdonensis archidiaconi vel offic . . eiusdem ac . . . . . . qui pro tempore fuerit que licite possint uel vnus . . . . fuerit sine causa . . . . nas nostras conce

Intermedia pars huius cartae deest

fol. 8[2] de Aberdene gratia testimonii huic carte similiter apponi procuraui Hiis testibus dominis Willelmo de Keith milite mariscallo scocie alexandro fraser milite Vicecomite de aberdene thoma mercer tunc aldirmanno de aberdene Willelmo de leth et Iohanni crab burgensibus eiusdem burgi et multis aliis.

B

fol. 9[1] *Confirmatio ac* . . . .
x libras ecclesie fratrum . . . .

[I]ACOBUS dei gratia Rex scotorum . . . .
clericis et laicis salutem Scia . . . .
dilecti consanguinei nostri Willelmi de . . . .
magistro Ricardo forbes dec . . . .
redditu decem librarum . . . .
de terris de futhes beg . . . .
terris dictis magistris Ricard . . . .
jacentes in baronia de . . . .
dictis terris de futhes. . . . .
tim tenendum et precipiendum . . . .
centem in dominio suo de . . . .
dicti magistri Ricardi . . . .
dei et conventui fratrum . . . .
suis pro salute animarum infra . . . .
redditu decem librarum . . . .
fratrum predicatorum de . . . .
examinatas fauores int . . . .
earum partibus suspectas ad . . . .
carte dicti Willelmi domini forbes . . . .
cartam visuris uel audituris Willelmi forbes . . . . in domino sempiternam Sciatis nos dedisse concessisse et . . . . . nostram imperpetuum confirmasse dilecto avunculo nostro magistro Ricardo . . . . . decano Aberdonensi et suis assignatis vnum annuum redditum decem librarum vsualis monete Regni scotie exigentem annuatim leuandum et precipiendum de terris nostris de futhes beg et futhes more cum molendino eiusdem cum pertinenciis propter excambium

inter nos et dictum magistrum Ricardum factum de terris suis de Strathgerny lothry et brigend Iacentibus in baronia de Oboyne infra vicecomitatum de aberdene quibus terris de futhes beg et futhes more cum molendino eiusdem de fructibus de omnibus aliis terris nostris jacentibus in dominio nostro de futhes more infra dictum vicecomitatum de aberdene Tenendum et habendum et percipiendum de nobis et heredibus nostris dictum annuum redditum decem librarum cum pertinenciis prefato magistro Ricardo et suis ass . . . . de dictis terris nostris de futhes beg et futhes . . . . eiusdem quibus de fructibus de omnibus aliis terris nostris . . . . futhes cum pertinenciis ad duos anni terminos vsua . . . . per equales portiones adeo libere . . .

Intermedia pars deest

. . . . denarium scoticanum nomine albe ferme fol. 9[2]
. . . . de futhes si petatur Tantum
. . . . de dicto annuo redditu exitu
. . . . Willelmi heredes et mei assig-
. . . . et futhes more cum molendino
. . . . de futhes possessores pro
. . . . fato magistro Ricardo et
. . . . habitas et habendas modo
. . . . warrantizabimus acquitabimus et
. . . . huic presenti carte
. . . . Februarii anno domini
. . . . forbes nostro germano
. . . . alexandro lesly domino
. . . . forbes dauidsone andrea
. . . . de cragiver et magistro
. . . . publico cum multis aliis et diversis
. . . . dicti magistri Ricardi forbes
. . . . rtam visuris uel audituris
. . . . salutem Sciatis me pro
. . . . secundi et Marie Regine consoralis
. . . . uiro Alexandri setoune comitis de huntle domini
. . . . Badynach et anime Elizabeth comtisse uxoris sue Alexandri de forbes de eodem parliamenti domini primi de forbes prisci mei

carissimi et Elizabeth de Douglas uxoris sue nepotis germane carissime Iacobi scotorum Regis primi Iacobique quondam domini de forbes et anime mee et matris mee carissime omniumque dominorum dominii de forbes et successorum eorundem cognomina sanguinem et parentetam de forbes habencium et omnium fidelium defunctorum dedisse confirmasse et hac presenti carta mea imperpetuum assignasse Deo beate marie Sanctoque Iohanni baptiste et omnibus superiori et conventui fratrum ordinis predicatorum burgi de aberdene et suis successoribus assignatis meis in puram et perpetuam elimosinam Vnum annuum Redditum decem librarum vsualis monete Regni scot . . . . leuandum et percipiendum de terris et fynnis de futh . . . .
. . . .

Duo intermedia folia omnino desunt

C

Initium huius cartae deest

fol. 12[1] et singulis libertatibus com . . . .
cumque ad dictos annuos . . . .
in futurum sine aliqua . . . .
meorum seu assignatorum . . . .
quouismodo faciendum in . . . .
fuerit pro salute an . . . .
rum pro dictis viginti . . . .
anniversariorum meo . . . .
na per festum . . . .
Sciatis magistrum in hu . . . .
rum annuorum . . . .
orum quatuor . . . .
lanus bina vice . . . .
annuatim aequales ut ad . . . .
dictis celebrabit aut . . . .
propriis et orationum suffrag . . . .
tis sibi assignatis . . . .

tos tremendo coram summ . . . .
cate habeant et poss . . . .
viginti solidorum pro animis . . . .
singulis annis et terminis . . . .
pro tempore fuerit et aliis . . . .
anno negligenter se habeat . . . .
bucione dicti annui redditus viginti solidorum . . . .
ac presentes seruicium anniversariorum . . . .
annis ut permittitur Volo et ordino quod Vicar . . . .
et curatus ejusdem . . . . cum capellanis . . . .
marie luatur . . . .

Intermedia pars deest

. . . . Iohannem de fiffe Iohannem de fol. 12[2]
. . . . balliorum dominis Alexandro vo-
. . . . notariis publicis capellanis
. . . . laurentio thome et
. . . . stibus ad premissa vo-

D

. . . . ndi forestallatores
. . . . de aliisque officia
. . . . littere perueneunt salutem
. . . . rensibus et fratribus
. . . . cerciam spadalem que
. . . . inuenit aliquos fo-
. . . . Aberdene ipse uel ipsa
. . . . estare corrigere et
. . . . tenore presencium firmitur
. . . . fratres gilde ac magistra
. . . . exercenda quociesque inde
. . . . hare et confortare curetis
. . . . Datum sub sigillo nostro
. . . . arii anno Regni nostri xxv[to]

E

fol. 13[1] [T]HIR ar ye preuelages of ye merchandes of S . . . .
be sindry Erlis of flanndres And first be . . . .
ye first lowyis yat Wes giffen in gent ye zere of . . . .

In primis yt all merchande and sugettis of Scot . . . .
in ye land of flanndres with yare guddes . . . .
and yare Custum fir as is oysit . . . .
Item yt na marchand salbe arestit for . . . .
oblist be name or surname oyir . . . .
Item yt yare may na mercha . . . .
deide yat twichis noy . . . .
hafe samekil gude yat . . . .
sufficiand borowis til . . . .
Item gif it happins . . . .
lif ye gude and he . . . .
ne na gud bot . . . .
or his officeres . . . .
lowyis gafe . . . .
ony of ya . . . .
to voyde . . . .

Intermedia pars deest

fol. 13[2] . . . . Wil wtout ye stakes and wtin iiij and no maa

. . . . cumings In agayne in ye havyn fra yar be any
. . . . of Weddir or Vycans. and yai Wald tak out
. . . . put new. thai may. Sa yt thai pay ye tol
. . . . gif yai Wald tak out of a schip. and put In

. . . . a confirmation of yair priuelage to ye quhilk
. . . . .autorite to folou ye merchandes priuelage
. . . . he salbe honestly resauit and fauo
. . . . expedicione of all thinges yt he
. . . . salbe made be ye king yrapon Sa
. . . . statutes of flandres made or tobemade

. . . . ony custum or ordinance made
. . . . yt thai be als fre as ony
. . . . Thir priuelages War
. . . . last day of Aprile

. . . . nay has done
. . . . Vyn-land
. . . . day of ye
. . . . grace

Cetera desunt

F

Litera de sasine tradita capellano altaris beate Anne ex parte magistri Iohannis finaly fol. 14[1]

[V]NIUERSIS et singulis ad quorum noticias presentes littere peruen . . . .
balliuorum burgi de Aberdene eternam in domino salutem S . . . .
testimonium perhibere Veritati et maxime in hiis que per Iudic . . .
Regis sua officia exercendi juridice acta fuerit . . . .
lis Vir magistri Iohannes finaly Vicarius . . . .
in amore armatus volensque ecclesie . . . .
ze et hereditarie tanquam suum verum . . . .
pro anima sua animabusque parentum suorum . . . .
rei memoriam et cum instancia qua . . . .
terram suam anteriorem quam propio . . . .
terram Walteri aghneif ex orien . . . .
parte ab altera et communem viam . . . .
versus austrum ad dandum sasinam . . . .
thome davides capellano altaris . . . .
successoribus pro perpetuo remansurum . . . .
alis monete scocie que etiam . . . .
sente in fotino inter terras quondam W . . . .
ex boreali parte de qua quid . . . .
beate Anne et sui successores cap . . . .
per capellanos dicte ecclesie duo . . . .

na vice in anno videlicet vnum tri . . . .
gintale in quindena . . . .
antedictum et sui successores . . . .
decem solidos vna . . . .
pro quibus qui decem . . . .
bit aut celebravi . . . .
rum predictorum . . . .
ente duobus . . . .
dictorum . . . .

Intermedia pars deest

fol. 14[2] . . . . . atos ipsius magistri Iohannis duntaxat exceptis capellanis
. . . . . secludendo Et quicquid vltra super aut superne contigerit
. . . . . quod expressatum est ad reparationem et reformationem
. . . . capellanos altaris antedicti In cuius rei testimonium
. . . . viri patricii badenach per magistrum
. . . . presentibus sunt appensa apud dictum burgum
. . . . lxxvi^{to} hiis testibus andrea sche
. . . . mar Ricardo de hil dominis Iohanne
. . . . duncano stralogh seriando cum . . .

G

. . . . [*altar*]*is beati Sebastiani*

. . . . Willermus menzhes burgensis burgi
. . . . me pro salute anime mee vxoris
. . . . antecessorum et successorum meorum
. . . . vel juste habui seu adeptus
. . . . heredibus meis in perpetuum con
. . . . omnibus sanctis suis et altari beati
. . . . situato et vni capellano
. . . . solidos et octo denarios
. . . . supradictis viz de terra
. . . . dicti burgi ex parte

Intermedia pars deest

Item de terra heredis quondam Angusij glenj jacente in vico furcarum fol. 15[1]
inter terras Edmundi Wa . . . .
parte boreali ex parte vna et terras Iohannis bortlason ex parte
australi . . . .
communem Viam Regiam versus occidens quatuor solidos annuatim I . .
jacentes in ly grene inter terram fratrum domus trinitatis ex parte bor . .
vastam heredum quondam Symonis lam ex parte aus . . . .
oriens et occidens viginti denarios annuatim I . . . .
vni capellano Ibidem divina celebranti ut permittitur . . . .
in perpetua elimosina adeo libere et quiete plen . . . .
pare sicut aliqua elimosina infra dictam ecclesiam . . . .
in pura elimosina possidetur sine quaquidem re . . . .
me vel heredum meorum aut aliorum quorumcunque . . . .
quouismodo futuris temporibus . . . .
heredibus meiis quociesque . . . .
libere disponere Et si aliqu . . . .
a dicto capellano subtraxerit . . . .
subtractorem autoritate sua com . . . .
dicte summe faciende proseq . . . .
facien ut perfectis sine fraude . . . .
universas possessiones nostras . . . .
distringendum per Episcopum aberd . . . .
fiendam prefato capellano de su . . . .
presentem nostram ordinacionem datio . . . .
dum nostro Iohanne per crucifixum et . . . .
humane creature ad maledic . . . .
sua potestate in filium merer . . . .
heredes mei et mei assi . . . .
missus est dicto altar . . . .
quietabimus ut tam . . . .
fideliter defendemus . . . .
sigillo Andre . . . .
die mensis . . . .
honorabilibus . . . .
filio . . . .
Ricard . . . .

Cetera desunt

H

fol. 15[2] V[NIVERSIS] ad quos presentes littere peruenerunt Iohannes de [kyntor vnus balliorum burgi de aberdene
. . . qui est omnium vera salus. Quia pium est et meritorium fidele [testimonium perhibere
. . . . que per officiarios domini nostri Regis sua officia exercentes
. . . . Gilbertus menzhes burgensis dicti burgi in mei et diversorum
. . . . personaliter constitutus in agmentacionem cultus divini et per
. . . . beati Sebastiane martiris Scituati in ecclesia beati
. . . . gulos annuos Redditus de terris infrascriptis videlicet
. . . . inter terram Iohannis andree burgensis dicti burgi ex
. . . . gilberti Waus ex parte occidentali ex parte altera
. . . . triginta quinque solidos vsuales monete scocie
. . . . jacentes in vico castri ex parte boreali vici eiusdem
. . . . ex parte vna et terram Iohannis Watson
. . . . terram versus austrum viginti duos
. . . . in vico superiori ecclesie inter terram
. . . . terram thome culane ex parte orientali
. . . . et annuatim Item de terra
. . . . dicti andree thome ex parte occi
. . . . oriens ex parte altera et communem viam
. . . . Item de terra Willielmi Ratteri
. . . . ex parte boreali ex parte vna
. . . . viam regiam versus occidens sex
. . . . c sprunt Iacentem in vico inferiori
. . . . orientali ex parte vna et terram
. . . . communem viam regiam versus austrum
. . . . quondam Iohannis kyninmond
. . . . Willelmi letht capellani
. . . . altera et communem viam Regiam
. . . . henrici sclater Iacentem
. . . . parte australi ex vna
. . . . parte altera et communem viam
. . . . gusii gene Iacentem
. . . . ex parte vna
. . . . communem viam

. . . . Iohannes Red
. . . . ex vna

Intermedia pars deest

Waus Ricard de Kintor Iohan . . . . fol. 16[1]
malcomo dakyr vno seriandorum . . . .
et Rogatis

I

OMNIBUS hanc cartam . . . .
Salutem Noueritis . . . .
dilecto capellano meo . . . .
successoribus eiusdem altaris . . . .
tur ad dictum altare . . . .
redditum octodecem . . . .
terra nostra Iacente ad finem . . . .
et terram heredum quondam . . . .
oriens et occidens Item . . . .
jacentem sub le hedomshill . . . .
parte et terram Alexandri houison . . . .
redditus cum suis pertinenciis . . . .
dibus meiis et meis assignatis . . . .
fundati per quondam bone mem . . . .
leuandos ad duos anni terminos . . . .
perequales porciones lib . . . .
reuocacione aliquali Et . . . .
et mei assignati dicto . . . .
domino Roberto Leis . . . .
terras nostras infra . . . .
est contra ann . . . .
domus In cuius . . . .
Sigillo . . . .
sasine . . . .
sunt ap . . . .

Intermedia pars deest

fol. 16[a]

. . . . beati sebastiani martiris et
. . . . ecclesie patroni beati nicholaij de
. . . . nostrarum parentumque meorum
. . . . mariote arbuthnot matris
. . . . viginti solidorum vsualis
. . . . meiis Iacentem infra pre
. . . . rios de illo crofto Iacente
. . . . inter croftum quondam Andree
. . . . ex australi partibus ex
. . . . crofto meo Iacente prope
. . . . le halvlands vocatas ex
. . . . ex altera Tenendos et
. . . . dorum antedictum prefatis vna
. . . . et suis successoribus
. . . . et meis assignatis ac leuandos
. . . . pentecostes videlicet et sancti
. . . . commoditatibus et asia
. . . . .annuorum reddituum spect
. . . . libere quiete plenarie integre
. . . . secundo Inde annuatim dicti
. . . . tempore vite mee servien vnique
. . . . patris mei dominica secunda mensis
. . . . pro anima dicti gilberti menzes
. . . . cum octauis sequentibus ut pre
. . . . in Sabato cum vno trigintale
. . . . cum missa de Requie ca
. . . . sponse mee antedicte
. . . . seculari exactione seu
. . . . poterit aut requiri
. . . . assignati eorum et
. . . . capellanis collo
. . . . est per

Cetera desunt.

XI.

Fundacio quondam bone memorie Thome prat burgensis burgi de Aberdene anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo fol. 17[1]

OMNIBUS hanc cartam visuris vel audituris Thomas prat burgensis burgi de Abirdene Eternam in domino Salutem Noveritis me in augmentum divini cultus in honorem dei omnipotentis beatissime virginis marie Et beatorum thome apostoli et georgii martyris ac omnium sanctorum pro salute anime mee animarum parentum uxorum antecessorum successorum benefactorum et omnium fidelium defunctorum et signanter pro animabus illorum quorum aliqua bona unquam juste habui seu adeptus fui dedisse concessisse et hac presenti carta mea confirmasse deo omnipotenti gloriosissime virginj marie et omnibus sanctis et altari beatorum thome apostoli et georgii martyris in ecclesia beati nicholaij de Aberdene situato ac domino Iohanni prat capellano perpetuo meo Ibidem presentato omnes et singulos annuos Redditus meos subscriptos cum suis pertinenciis Iacentes infra dictum burgum vndeque vnum annuum redditum viginti solidorum de terra Willelmi chamer Iacente in vico furcarum ex occidentali parte eiusdem vici Inter terram Iacobi colisone ex australi Et terram patricij adamsone ex boreali Vnum annuum Redditum decem solidorum de terra quondam Iohannis Walcar in eodem vico ex orientali parte eiusdem inter terram Willelmi tulidef ex australi et terram forfy dauisone ex boreali Vnum annuum redditum tresdecim solidorum et quatuor denariorum de terra quondam Iohannis tailzor in eodem vico inter terram dicti Willelmi tulidef ex boreali et terras Willelmi Andirsone et Andree culane Iunioris ex australi Vnum annuum Redditum Septem mercarum de totis et integris terris meis collateratis jacentibus a gilberto murisone recuperatis jacentibus in vico nauium inter terras gilberti Waus de many et Iohannis andersone ex orientali et terram valteri atkin ex australi et communes vias regias versus occidens et boriam Vnum annuum redditum tresdecim solidorum et quatuor de terra Willelmi buchane Iacente in vico caustri ex boreali parte eiusdem inter terram Andree litster ex orientali et terram Johannis malisone ex occidentali Et vnum annuum Redditum trisdecim solidorum et quatuor denariorum de altera terra dicti Willelmi buchan inter portam communem eiusdem burgi ex orientali ex vna et terram

Alexandri mathousone ex occidentali partibus ab altera et terram magistri Richardi craufurde versus austrum et communem viam Regiam versus boriam ex meo perpetuo conquestu emptos et recuperatos Tenendos et habendos omnes et singulos annuos Redditus antedictos cum suis Iuribus et pertinentiis prefato domino Iohanni prat capellano meo perpetuo dicti altaris et suis successoribus capellanis perpetuis eiusdem a me et heredibus meis in puram et perpetuam elymosinam Imperpetuum cum omni jure et juris clameo ac cum omnibus et singulis libertatibus comoditatibus et asiamentis ac justis suis pertinentiis quibuscumque ad dictos annuos Redditus cum pertinentiis spectantibus seu iuste spectare Valentibus quomodolibet in futurum Adeo libere plenarie integre honorifice bene et in pace in omnibus et per omnia sunt aliqui annui redditus in puram et perpetuam Elymosinam ecclesie infra Regnum scocie dantur conceduntur aut possidentur sine Reuocatione Reclamatione aut contradictione aliquali mei heredum meorum assignatorum aut aliorum nomine nostro facienda Faciendo inde et celebrando dictus dominus Iohannes ac sui successores capellani perpetui eiusdem capellanie seruicia et suffragia diuina solita et consueta Sacerdoti Incumbencia pro salute anime mee animarum parentum uxorum antecessorum successorum benefactorum eorum a quibus aliqua bona unquam iuste habui ac omnium fidelium defunctorum Insuper volo constituo ordino et lego pro me et heredibus meis quod dictus dominus Iohannes et sui successores capellani perpetui istius capellanie intersint personaliter in vesperis matutinis ac omnibus aliis horis canonicis infra chorum Aberdonensem celebrandis Item volo et lego quod capellanus istius fundacionis nullo beneficio capellania aut seruicio extra ecclesiam parochialem antedictam gaudeat et si promotus siuerit ad beneficium capellaniam aut seruicium extra eandem licitum erit michi et heredibus meis de eadem disponere cuicunque alteri capellano ydoneo Insuper volo quod personaliter Resideat infra dictum burgum et si in personali residencia deficerit tunc licitum erit michi et heredibus meis de huiusmodi capellania alteri capellano prouidere pro nostre libito voluntatis Iure vero patronatus dicte capellanie michi et heredibus meis legitimis propinquioribus remanentibus perpetuis temporibus Et si forte ego aut heredes mei post vacationem dicte capellanie non usi fuerimus Iure presentationis vnius ydonij capellani ad dictum
fol. 17[2] altare celebraturi ut permittitur infra quadraginta dies proxime et

immediate sequentes volo concedo ordino et lego quod prepositus balliui et consules dicti burgi Illa vice habeant plenariam facultatem eidem altari vnum ydoneum capellanum pleno jure presentare Et si contingat dictum capellanum deficere in diuinis seruiciis ad dictum altare aut in horis canonicis infra ecclesiam prelibatam per quadraginta dies continuos nisi sit causa egritudinis tunc licitum erit michi et heredibus meis de eodem cuicumque capellano ydoneo absque quouis Impedimento pro nostre libito voluntatis disponere Insuper si aliquis heredum meorum aut assignatorum predictos annuos redditus in toto vel in parte a prefato capellano aut suis successoribus substraxerit vel detinuerit tunc liceat domino diocesiano qui pro tempore fuerit eosdem auctoritate sua viz censuris ecclesasticis compellere et in anime sue periculum usque ad plenariam solucionem dictorum annuorum Reddituum faciendam prosequi et distringere cum effectu Infringentes seu in aliquo infringere procurantes presentes meas donacionem ordinacionem concessionem assignacionem et elymosine confirmacionem autoritate domini nostri Ihesu Christi omnipotentis dei et Sancti *(sic)* matris ecclesie et quantum committitur humane creature maledicantur et illam maledictionem quam pater sub potestate habet in filium mereri valeant et eternaliter possidere Reseruato et saluo tamen per omnia libero tenemento omnium dictorum annuorum Reddituum cum suis pertinentiis michi pro toto tempore vite mee Et ego vero dictus thomas prat heredes mei et assignati totos et integros annuos redditus meos antedictos cum suis pertinenciis prefato domino Iohanni pro toto tempore vite sue et suis successoribus capellanis perpetuis eiusdem in omnibus et per omnia vt premissum est per omnes terras et possessiones nostras contra omnes mortales varantizabimus acquietabimus et Imperpetuum defendemus In cuius Rei testimonium huic presenti carte mee Sigillum meum et Sigillum honorabilis viri Andree branche vnius balliuorum dicti burgi ac datoris sasine huiusmodi annuorum Redditum eidem domino Iohanni super solum dictarum terrarum sunt appensa Apud Abirdene decimo octauo die mensis Aprilis Anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo Coram providis et famosis viris Iohanne Colisone thoma martin Willelmo blinsele Iacobo Gordone Willelmo colp burgensibus dicti burgi Andrea nachty vno seriandorum eusdem et Domino Iohanne Stirueling presbytero et notario publico

Summa huius Capellanie viii lii et xl d

XII.

Fundacio Altaris Sanctorum Crispini et Crispiniani

[I]OHANNES STOKER burgensis burgi de Abirdene quondam bone memorie in feodam capellani perpetui altaris sanctorum Crispini et Crispiniani in vno annuo Redditu vigenti solidorum vsualis monete scotie levando de toftis et croftis jacentibus in le nevburghe pro salute anime sue animarum parentum benefactorum ac omnium fidelium defunctorum &c

Summa altaris sanctorum crispini et crispiniani xx s cum elimosinis et nunc tempore magistri Willelmi philpsone auctum est huiusmodi rentale cum xl s xx d summa totalis iii li xx d

XIII.

fol. 18[1]

Thomas prat

PREDICTUS Thomas prat burgensis huius burgi in honorem dei omnipotentis beatissime virginis marie beati Nicholaij patroni eiusdem Et Notanter thome apostoli et Georgii martyris ac omnium sanctorum pro salute anime sue animarum parentum benefactorum ac omnium fidelium defunctorum fundauit ac construxit suis sumptibus compleuit altare dictorum sanctorum thome et georgei infra ecclesiam parochialem beati nicholaij Situatum et eidem annuos Redditus in carta precedenti contentos dedit et assignauit Insuper prefatus Thomas zelo diuino Instinctus huiusmodi altari vnum calicem argenteum deauratum duo vestimenta pro sacerdote celebraturo completa vnum missale quatuor tuillas siue linthiamenta altari apta vnum pallium videlicet le forclatht of arrass Wark de Sancto georgio duas phiolas duo magna candelebra super altare vndecim candelabra minora super ceroferarium exhibuit

XIV.

Altare Sancte Crucis

ANNO domini milesimo quadringentesimo nonagesimo octauo xviii die Septembris tempore domini Iohanni prat capellani altaris sancte crucis existent ad Idem altare vnus calix argenteus duo vestimenta pro sacerdote completa vnum corporale et tres tuille cum tribus voluminibus libri missalis ac duobus candelabris stanneis

XV.

Copia carte fundacionis altaris Sancti niniani

fol. 18[2]

OMNIBUS hanc cartam visuris vel audituris Willelmus meldrum Dominus de fywe Eternam in domino Salutem cum omnes stabimus ante tribunal Domini nostri Ihesu cristi siue bonum siue malum fuerit recepturi prout in corpore gessimus Igitur diem extremi Iudicii operibus misericordie expediens est preuenire ut seminata in terris multiplice fructu colligamus in celis Vnde noueritis me in augmentum diuini cultus et honorem dei omnipotentis beatissime Virginis marie matris sue Sancti Niniani confessoris et omnium Sanctorum dedisse concessisse assignasse et hac presenti carta mea confirmasse deo omnipotenti gloriosissime virgini marie omnibus Sanctis et altari beati Ninianj Infra ecclesiam parochialem Sancti nicholaij de abirden situato et domino Roberto leis capellano meo perpetuo Ibidem celebranti et suis successoribus celebraturis pro anima mea et animabus parentum successorum et benefactorum meorum ac omnium fidelium defunctorum et illorum a quibus aliqua bona vnquam iuste habui totos et integros annuos redditus meos subscriptos viz vnum annuum Redditum quadraginta solidorum vsualis monete scocie annuatim leuandum de totas et integras terris de Wattertoune de ellon super aquam de ythane ex boreali parte eiusdem vnum annuum redditum duarum mercarum vsualis monete scocie de totis et integris terris de ordefork cum pertinenciis Iacentibus in dominio de meldrum infra vicecomitatum de aberdene vnum annuum redditum trisdecim solidorum et quatuor denariorum de terra quondam Iohannis gregori Iacente infra dictum burgum de abirden in vico furcarum ex occidentali parte eiusdem vici inter terram Walteri Wode ex australi parte ex vna et terram Iohannis culane ex boreali parte ex altera vnum annuum Redditum decim solidorum de dicta terra prefati Walteri Wode inter terram Alexandri Mathoson ex australi parte vnum annuum redditum decim solidorum de dicta terra prefati Iohannis culane inter terram dauid prat ex boreali et terram dicti Walteri Wode ex australi et vnum annuum Redditum sex solidorum et octo denariorum vsualis monete scocie de quadam terra vasti et penitus inhospitata jacente in vico viridi ex boreali parte domus fratrum Carmelitarum dicti burgi Tenendos habendos et possidendos omnes et singulos annuos redditus meos antedictos cum suis pertinenciis prefato domino Roberto et

suis successoribus capellanis perpetuis eiusdem a me et heredibus meis in puram et perpetuam elymosinam Imperpetuum cum omni Iure et Iuris clameo ac cum omnibus et singulis libertatibus comoditatibus et aisiamentis ac Iustis suis pertinenciis quibuscunque ad dictos annuos redditus cum pertinenciis spectantibus seu Iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum Adeo libere plenarie integre honorifice bene et in pace in omnibus et per omnia sicut aliquis annuus redditus infra regnum scocie in puram et perpetuam elymosinam datur conceditur aut possidetur sine Reuocacione reclamatione aut contradictione aliquali mei heredum meorum aut assignatorum seu aliorum quorumcunque nomine nostro aut ex parte nostra facienda Iure uero patronatus dicte capellanie tociens quociens vacare contigerit mihi et heredibus meis masculis futuris temporibus remanente Et si aliqui heredum meorum predictos annuos redditus in toto vel in parte a dicto capellano et suis successoribus abstraxerint quod absit tunc liceat domino diodecesano qui pro
fol. 19[1] tempore fuerit ipsos auctoritate sua compellere et in anime sue periculum vsque ad plenariam solucionem dicte summe faciendam prosequi et distringere Ad quod faciendum obligo me heredes meos et assignatos successiue per omnes terras et possessiones nostras infra diocecem Aberdonensem fore distringendum per Episcopum aut ordinarium abirdonensem qui pro tempore fuerit vsque ad plenariam solucionem huiusmodi annuorum reddituum prefato capellano et suis successoribus Infringenti vero seu in aliquo infringere putanti presentem meam ordinarium ac elymosine concessionem et confirmacionem auctoritate domini nostri Ihesu Christi Sancte matris ecclesie et omnium sanctorum ac quantum committitur humane creature ad maledicendum maledicantur et illam maledictionem quam pater habet in filium merere valeant ac eternaliter possidere Et ego vero dictus Willelmus dominus de fywe obligo me et heredes meos ad varantizandum acquitandum et defendendum omnes et singulos annuos redditus meos prolibatos cum suis pertinenciis dictos capellano et suis successoribus in omnibus et per omnia ut premissum est contra omnes mortales per omnes terras et possessiones habetas et habendas omnibus fraude et dolo Semotis In cuius Rei testimonium huic presenti carte mee Sigillum meum Appensum est apud abirdene xvij° die mensis Augusti Anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo Coram prouidis honorabilibus et famosis viris Domino Iohanne ruthirfurd de terlane militi pre-

posito de abirdene Alexandro menzes Roberto blindsell Thoma prat Alexandro red Andrea braunch Alexandro marr Andrea murray Waltero auchnew burgensibus de abirdene Iohanne menzeis Willelmo blinsell duobus balliuorum eiusdem ac domino Iohanne streueling presbytero ac notario publico cum multis aliis

Summa hujus capellanie v li x s

XVI.

Copia littere ballie et possessionis super huiusmodi carta

WILLELMUS meldrum de fywe ac patronus verus et Indubitatus altaris beati Ninianj confessoris infra ecclesiam beati nicholaij de Abirden situati honorabilibus viris georgio meldrum filio meo et apparenti heredi Alexandro de camera juniori de methlik Iohanni low et Dauid crukshank et eorum alteri conjunctim et divisim ballivis meiis prenotabiliter constitutis in hac presente Salutem Quia dedi et concessi in augmentationem cultus divini pro anima mea animabusque parentum meorum antecessorum et successorum meorum et omnium fidelium defunctorum discreto viro domino Roberto leis capellano meo vnum annuum redditum quadraginta solidorum vsualis monete scocie terrarum de Wattertoune cum suis pertinenciis Iacentium super aqua de ythane in parochia de ellon in comitatu buchane Et alium annuum redditum viginti sex solidorum et octo denariorum de terris meiis de ordefork cum pertinenciis Iacentibus in dominio de meldrum infra vicecomitatum de aberden Quarum vobis precipio et mando quatere (?) dicto domino Roberto leis capellano meo aut suo certo procuratori presentium latori sasinam et possessionem successorias dictorum annuorum reddituum tradatas et deliberatas secundum tenorem carte mee eidem desuper confecte saluo Iure cujuslibet Et in signum saisine et possessionis dictorum annuorum reddituum per vos traditarum sigillum vestrum in secunda cauda post meum sigillum appendatur Ad quod faciendum vobis et vestrum cuilibet meam plenariam potestatem committo per presentes Datum sub sigillo meo apud burgum de aberdene xvii° die mensis Augusti anno domini millesimo qcccc^mo^ nonagesimo

XVII.

Carta Magistri Duncani Scherar de betschawe

OMNIBUS hanc Cartam visuris vel audituris Magister duncanus scherar Canonicus Aberdonensis ac rector de clat Eternam In domino salutem Noueritis me vtilitate mea in hac presente vndique preuisa et diligenter considerata dedisse concessisse ad feodifirmam diuisisse et hac presenti carta mea confirmasse Andree Ranisone allutario burgensi de Aberdene totam et integram illam terram meam cum suis pertinenciis Iacentem infra dictum burgum de Aberdene in vico superiori ecclesie extra portam ex boreali parte eiusdem vici inter Riuolum a lacu molendinorum dicti burgi discendente ex orientali et terras thome meldrum et Andree michelsone ex occidentali et communem viam regiam versus austrum et lacum versus boream Tenendam et habendam totam et Integram terram meam antedictam cum suis pertinenciis prefato Andree heredibus suis et suis assignatis a me et heredibus meis de suppremo domino nostro Rege in feodo et hereditate ac in libero burgagio Imperpetuum cum omni Iure et Iuris clameo in debita longitudine et latitudine cum edificiis desuper constructis et construendis ac cum omnibus et singulis libertatibus comoditatibus et asiamentis ac iustis suis pertinenciis quibuscunque ad dictam terram cum pertinenciis spectantibus seu iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum adeo libere plenarie Integre honorifice bene et in pace In omnibus et per omnia sicut aliqua terra Infra dictum burgum ad feodifirmam datur conceditur aut possidetur sine Reuocatione reclamatione aut contradictione aliquali Facienda inde annuatim dictus Andreas heredes sui et assignati suppremo domino nostro Regi seruicium burgagium de dicta terra debitum et consuetum quantum pertinet ad eandem Ac Soluendum capellanis perpetuis collegij ecclesie parochialis beati Nicholaij de Abirdene vnum annuum redditum triginta solidorum vsualis monete scotie ad duos anni terminos vsuales pentecostes videlicet et sancti martinj in yeme per equales portiones tam pro omni alii seruicio seculari exactione seu demanda que de predicta terra cum pertinenciis aliqualiter exigi poterit aut requiri Insuper dictus Andreas heredes sui et assignati possessores dicte terre eandem annuatim ement dabunt construent et meliorabunt per visum mei heredum meorum et capellanorum dicti collegii Et si contingat dictum Andream heredes suos aut assignatos deficere in solu-

cione hujusmodi annui Redditus infra quadraginta dies post aliquem dictorum terminorum pentecostes et sancti martini aut in reformatione dicti tenementi singulis annis ut premissis et tunc dictus magister duncanus quo deficiens dicti capellani liberum Ius et Regressum habebunt ad terram prelibatam cum suis pertinenciis sine quocunque Iuris professu Impedimento obstaculo aut demanda Et presens carta litera sasine ac possessio desuper data aliaque scripta et Inscripta In posterum nullius erunt Roboris vigoris seu effectus seu cassus Reuocatus et In se annullatus Imperpetuum Et ego vero dictus magister duncanus heredes mei et assignati totam et integram terram prelibatam cum suis pertinenciis prefato Andree heredibus suis et suis assignatis In omnibus et per omnia vt premissum est per omnes terras et possessiones nostras contra omnes mortales varantizabimus acquietabimus et Imperpetuum defendemus In cuius Rei testimonium huic presenti carte Sigillum dicti Andree et sigillum Andree cullan vnius balliuorum dicti burgi sunt appensa apud Abirdene decimo die mensis Maii Anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo Sexto Coram famosis viris magistro Iohanne Kennerty dominis dauid walcar Willelmo crukschank capellanis Iohanne andersone Iohanne tailzour Adam Ruyerfurde burgensibus et Incolis dicti burgi Andrea Nachtie sergeando et domino Iohanne sterueling Notario publico

XVIII.

CURIA Itineris Camerarie tente in pretorio de Abirdene per nobilem virum Alexandrum guthre de eodem deputatum et locum tenentem magnifici potentisque domini dauid Comitis Crafurdie domini lindesay ac magni Camerarij scotie nonodecimo die mensis Iunij Anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto Quo die sectis vocatis et curia legitime confirmata cum conclamacione dierum subsequencium Nomina magne assise Alexander chamer Alexander menzeis Iacobus leslie Robertus blinseile Iohannes cullane Iohannes Collison Alexander red dauid menzeis Willelmus abirdour Andreas branche thomas fif Iohannes Wormet thomas prat Andreas murray Walterus auchneive Robertus prat et Willelmus Kintor Quo die dicta assisa ad plenum auisiata deliberauit penes cedulum secrete Inquisitionis eiis presentatis dicto die quantum ad tenementum venerabilis virj magistri

duncanj scherar Rectoris de clat Iacens extra portam in vico ecclesie superiore prope pontem eiusdem vicj Iuxta Riuolum a lacu molendinorum dicti burgi Iam in omnibus et per omnia legitime fundatum per eundem magistrum duncanum Et quod licite poterit edificare super fundamentum Iam Inceptum tam in longitudine quam in latitudine et finaliter consummare sine dampno seu preiudicio alicuj parti Datum et extractum de libro Curie per me Alexandrum boiss de panbride scribam Curie Et ad maiorem securitatem sub sigillo officij cameriata scocie Anno die mense et loco suprascriptis presentibus Ibidem honora-
fol. 20[1] bilibus et discretis viris Iohanne Ogiluy de Ballundoche Iohanne dempster de Ouchtirles Georgio Stiruelinge et Willelmo Barre magistris Notariisque publicis aliisque pluribus burgensibus dicti burgi ad premissa in testimonium vocatis

Per me Alexandrum Boyis de panbrid Notarium publicum ac scribam curie Iteneris Camerarii subscriptum Manu propia

XIX.

IN vigilia Sancti fotinj singulis annis fiat Commemoracio pro quibus magister duncanus Scherar orare tenetur pro se et erit solempnis missa in magno altare in festo sancti fotinj videlicet vicesimo tertio die decembris cum aliis priuatis missis aliorum capellanorum Duncanus ipse dum vixerat qui in vita sua nobis sic efficiabatur dilectione precipua quod ubicunque opus fuerit defensione fidelem se exhibuit non solum (*sic*) &c sua post cuius mortem anniuersarium solempne die suj obitus celebretur

XX.

Carta Willelmi de Camera de fyndoun Ad altare Sanctj Saluatoris

OMNIBUS Christi fidelibus has litteras Inspecturis Willelmus de Camera de fyndone et de eodem Salutem in omnium Saluatore Sciatis me dedisse concessisse et pro salute anime mee et animarum uxoris mee proliumque nostrorum antecessorum et successorum per presentes confirmasse ad altare domini nostri saluatoris per me fundatum et creatum in ecclesia parochiali sancti nicholaij de Abirdene

vnj capellano Ibidem diuina ministranti obsequia quadraginta solidos vsualis monete Regni scotie Leuandos et percipiendos annuatim ad duos anni terminos vsuales videlicet pentecostes Et sanctj martini in yeme per equales porciones de terris meis de Brynnas Tuk Jacentibus in Comitatu buchanie et perhibendis eidem capellano vel suo certo deputato in ecclesia de Abirdene semper et quousque dein quadraginta solidos ob ministrationem ad altare predictum faciendum modo ut premittitur in annuis redditibus infra burgum de Abirdene per me aut heredes meos pro perpetuo creatum vel factum fuerit seu confirmatum Tenendos et habendos dictos quadraginta solidos vsuales monete regni scocie prefato capellano Ibidem deo seruienti et suis successoribus ad illud altare diuina supportantibus in puram et perpetuam Elimosinam ita libere quiete plenarie et honorifice sicut aliqua Elymosina in Regno scocie datur aut possidetur Et ut hec mea presens donacio concessioque et confirmacio pro me et heredibus meis modo et forma premissis eidem capellano et successoribus suis firme mantane et Illese In cuius Rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum Apud Abirdene duodecimo die mensis Septembris Anno domini millesimo Quadringentesimo tricesimo primo vnacum sigillo venerabilis virj dominj Iohannis de Kingorne vicarij perpetui de Abirdene per me cum Instancia procurato in instanciam testimonio plurium fidedignorum

Summa huius x lib

XXI.

Wm Chalmer of fyndoun his fundatioun to St Katheringis Altar

OMNIBUS hanc Cartam visuris vel Audituris Willelmus de Camera dominus de fyndone et burgensis de Aberdene Eternam In domino salutem Noueritis me pro salute anime mee et Elizabetht quondam sponse mee et pro salute animarum patris et matris mee antecessorum et Successorum meorum precipue pro animabus omnium de quorum bonis habui voluntarie et Involuntarie dedisse concessisse et hac presenti carta mea confirmasse necnon pro me heredibus meis quietumclamasse deo omnipotenti beate marie virginj et omnibus sanctis suis Et altari beate Katherine virginis in ecclesia beatj nicholai de Abirdene ordinato vnj capellano Ibidem presentato ad celebrandum pro perpetuo sex libras trisdecim solidos et quatuor denarios vsualis monete regni Scotie annuatim percipiendos

ad terminos regni vsuales videlicet dimidiam partem ad festum pentecostes et aliam dimidiam partem ad festum Sancti martini in yeme de terris annuis redditibus subscriptis videlicet de vna terra Iacente que vocatur via Inferior ecclesie ex parte boreali eiusdem vici inter terram quondam Iohannis Crab ex parte orientali et terram quondam gilbertj Kynross ex parte occidentali quinque solidos Item de vna terra que quon-
fol. 20 [2] dam fuit Alexandri de gicht in vico castrj inter terram quondam Willelmi le leitht ex parte orientali et terram quondam Ade pringill ex parte occidentali decim solidos Item de terra Iacente in vico Castrj ex parte boreali eiusdem vici inter terram fergusii Ade ex parte orientali et terram quondam Iohannis penny ex parte occidentali viginti solidos Item de terra quam de me tenet galfridus aurifaber Iacente in fine vici Castri in opposito de le schipraw inter terram quondam Iohannis stoyle ex parte australi et terram domini Alexandri de Kyndeloche vicarij de Abirdene ex parte boreali sexdecim solidos et octo denarios Item de vno crofto quod de me tenet heres quondam Iohannis Corbrande iuxta ly gallouhillis tres solidos et quatuor denarios Item terra quam de me tenet Nicholayus de (*sic*) In vico nauium inter terram quondam thome de mar ex parte boreali et terram quondam dicti nicholaij ex parte australi tres solidos et quatuor denarios Item de vna terra Iacente in vico que vocatur netherkirkgat ex parte australi eiusdem vici inter terram quondam moritij Sucide sclexar ex parte occidentali et terram Roberti de garnetuly ex parte orientali nouem solidos et sex denarios Item de vna terra Iacente in vico furcarum ex parte orientali eiusdem Inter terram quondam thome springe ex parte australi et terram laurentij de leitht ex parte boreali viginti duos solidos et sex denarios Item de vno crofto Iacente ex parte occidentali de ly denburne quod vocatur grethed et de vno crofto iuxta grethed ex parte occidentali quod fuit quondam Iohannis Collinj Et de vno crofto Iacente ad finem quondam crofti thome de mar inter croftum quondam Iohannis de Crab ex parte orientali et vnum croftum fratrum carmelitarum de Abirdene ex parte occidentali viginti solidos Item de crofto quod vocatur gallouhillis ex parte orientali burgi et vno crofto quod vocatur langcroft inter terram thome Vmfray ex parte australj et croftum quondam Iohannis filij Andree viginti solidos Item de croftis que Emij a Iohanne medico anglico iuxta ly stokrud in ly denburne et ad finem Castri Iohannis de ressivat quod vocatur ly Kilecroft quatuor solidos Item de omnibus

terris meis in tolly quas emi quondam a Iohanne fraser decim solidos Tenendos et habendos dicto altari et vni capellano Ibidem celebranti pro animabus supradictis imperpetuum libere quiete bene et in pace sine aliqua Reclamatione mei vel heredum meorum saluo tantum quod presentacio dicti capellanj remaneat michi et heredibus meis quoties ipsum capellanum cedere vel discedere contingerit Ad quam solucionem fideliter faciendam sine fraude Obligo heredes meos Successiue et omnes terras meas et possessiones meas habitas et habendas tam Infra burgum quam extra et officium meum ostiarij Capelle domini nostri Regis fore distringendum per episcopum Abirdonensem qui pro tempore fuerit et prepositum de Abirdene si opus fuerit vsque ad plenam solucionem faciendam capellano predicto Imperpetuum Ego vero Willelmus de camera et heredes mei dictas sex libras trisdecem solidos et quatuor denarios vt suprascriptum est dicto altari et vni Capellano Ibidem celebrantj pro perpetuo varantizabimus acquietabimus et Imperpetuum defendemus de quibus sex libris trisdecim solidos et quatuor denarios (*sic*) possessionem et Sasinam tradidi Corporaliter dicto Altarj et vnj capellano Ibidem celebranti Imperpetuum Et si aliquis heredum meorum dictam summam in toto vel in parte a dicto capellano subtraxerit liceat domino dioceciano qui pro tempore fuerit subtractorem compellere virtute suj officij et in periculo anime sue vsque ad plenariam solucionem dicte summe ordinatam fideliter faciendam In Cuius Rei testimonium presenti carte mee Sigillum meum apposuj et cum Instantia sigillum domini mei Reuerendissimj in Christo patris gilbertj dei gratia Episcopi Abirdonensis huic presenti carte apponi procurauj Apud Abirdene penultimo die mensis Septembris Anno domini millesimo quadringentesimo decimo septimo hiis testibus Thoma Roull tunc preposito de Abirdene Andrea giffarde thoma lamb Iohanne fechat Richardo fechat Iohanne filio henricj thoma vmfray et Roberto filio Iohannis burgensibus de Abirdene cum multis alijs

Summa huius Capellanie vj lib xiij s et iij d

XXII.

REUERENDO in Christo patri ac domino domino Willelmo dei fol. 21[1]
et Apostolice Sedis gratia Episcopo Abirdonensi aut suo vicario generali in spiritualibus Alexander Iruyn de drvmme patronus

laicus Indubitatus capellanie sancti Ninianj in ecclesia beati nicholaij de Abirdene situate Reuerencias et honores Quia capellaniam perpetuam predictam de Iure et de facto vacantem per obitum quondam domini Iohannis Chamar aut alias vacantem vltimi et Immediati veri ac Iuste possessoris eiusdem dum uixerat dominum Iohannem Blak presbiterum Abirdonensis dioceseos eidem priuitati aut vicario generali eiusdem priuitatis presentium tenore animo non variandj cum omnimodo Iure michi spectante secundum tenorem fundacionis eiusdem capellanie presentato eandem priuitatem humili exortatione Rogando quatenus eandem Capellaniam dicto domino Iohanni meo presentato cum firma eidem Capellanie annexa de le park de drvmme decem mercarum singulis annis et solitis pertinenciis eiusdem conferatis ac sibi de eadem firma et vniuersis pertinenciis eiusdem capellanie predicte sicut sui predecessores eadem gaudebant perpetuo facienda ac cetera alia et singula sibi facienda que ex vestro officia pastorali Incumbunt agenda In Cuius Rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum apud drum nono die mensis Iunij Anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto Coram hiis testibus Iohanne Skene gilberto Ross et Willelmo Clerk ac Willelmo lutar cum diuersis alijs

XXIII.

fol. 21[2]

Copia Carte Willelmi futhes de annuo Redditu vigintj solidorum de terra Willelmi Nicholaij et de quatuor solidorum de terra Inferiore Willelmi litster alias spens

xx s. out of Gilbert Hendreis and William Menzes waste inland at the back of Hendreis land

OMNIBUS hanc cartam visuris vel Audituris Willelmus Futhes burgensis burgi de Abirdene Eternam in domino salutem Noueritis me in Augmentum divinj Cultus honorem dej omnipotentis beatissime virginis marie Sanctj petrj Apostoli et omnium sanctorum pro salute anime mee animarum Agnetis auchneif sponse mee prioris Et Elizabeth crage sponse mee moderne prolium nostrarum parentum benefactorum ac eorum a quibus aliqua bona minus iuste habuj et omnium fidelium defunctorum dedisse concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Vicario et capellanis Chorj ecclesie parochialis beatj Nicholaj burgj de Aberdene totos et Integros annuos Redditus meos subscriptos videlicet Illum annuum Redditum meum vigintj solidorum annuatim exeuntem

et leuandum de toto et integra terra Willelmi Nicholsone Jacente infra dictum burgum in vico castrj ex borealj parte eiusdem vicj inter terram Willelmi bynne ex orientalj ex vna et terram quondam Ranaldj tailzeor ex occidentali partibus ab altera et communes vias Regias versus austrum et boream Et vnum annuum Redditum quatuor solidorum vsualis monete scotie annuatim exeuntem et leuandum de tota et Integra terra Interiore Willelmi litster alias spens Iacente Infra dictum burgum in vico superiore ecclesie ex borealj parte eiusdem vicj inter terram Agnetis stirueling ex orientalj et terram quondam Andree scherar ex occidentalj et terram margarete buchane versus austrum Tenendos et habendos omnes et singulos dictos annuos Redditus meos cum suis pertinenciis prefatis vicario et Capellanis ac suis successoribus capellanis dicti chorj a me et heredibus meis in puram et perpetuam Elimosinam Imperpetuum Cum omni Iure et Iuris clameo Ac cum omnibus et singulis libertatibus commoditatibus et asiamentis ac Iustis suis pertinenciis quibuscunque ad predictos annuos Redditus cum pertinenciis spectantibus seu iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum Ac capiendos annuatim et leuandos dictos annuos Redditus cum pertinenciis de predictis terris ad duos anni terminos vsuales pentecostes videlicet et sancti martinj in yeme per equales porciones Ac cum libera potestate et facultate predictas terras cum suis pertinenciis et Inhabitantibus earundem ac bona sua namare et distringere pro dictis annuis Redditibus totiens quotiens opus fuerit sine quocunque Iuris ministro Adeo libere plenarie Integre honorifice bene et in pace in omnibus et per omnia sicut aliquis annuus Redditus infra dictum burgum in puram et perpetuam Elimosinam Imperpetuum datur conceditur aut possidetur sine Reuocacione Reclamacione aut contradictione aliqualj mej heredum meorum aut aliorum quorumcunque Celebrantes Inde dictus vicarius et capellanj ac suj successores qualibet feria secunda temporibus futuris vnam missam de vulneribus domini nostrj Ihesu Christi ad altare sanctj petrj Apostoli Infra dictam ecclesiam situatum pro salute animarum prenotatarum pro omni alio seruicio secularj exactione seu demanda que de predictis annuis Redditibus cum pertinenciis aliqualiter exigj poterit aut Requirj Et ego vero dictus Willelmus heredes mej et assignatj totos et Integros annuos Redditus prelibatos cum suis pertinenciis prefatis vicario et capellanis et suis successoribus in omnibus et per omnia ut premissum est per omnes terras

ac possessiones nostras contra omnes mortales varantizabimus acquietabimus et Imperpetuum defendemus In cuius Rej testimonium huic presenti carte mee sigillum meum et sigilla prouidorum virorum Andree Cullan et Iohannis Mar duorum balliuorum dictj burgj ac datorum sasine huiusmodi annuorum Reddituum sunt appensa apud Aberdene decimo octauo die mensis Maij anno domini millesimo et Quingentesimo Coram Venerabilibus et prouidis viris Magistro Alexandro gordone Canonico Rossensi Alexandro Reid Alexandro mathowsoun domino Andrea Chamer capellano Richardo Waus Andrea Waus matheo branche Willelmo buchane Iohanne Annande Iohanne malisone Willelmo crage Alexandro Crage burgensibus de Aberdene Willelmo scrimgeour et Iacobo leis sergeandis ac domino Iohanne Stirueling Notario Publico

XXIV.

fol. 22[1] *Copia littere possessionis annuorum reddituum fundatorum per quondam Johannis mathej ad altarj Sanctj christoforj*

VNIUERSIS et singulis ad quorum Noticiam Presentes littere peruenerint Thomas de Camera vnus balliuorum burgj de Abirdene salutem in omnium saluatore Cum pium sit et meritorium fidele testimonium perhibere veritatj et maxime in hiis que per Iudices et officiarios burgorum domini nostri Regis legaliter acta fiunt hinc est quod ad me peruenit prouidus vir Iohannes mathej burgensis dictj burgj et michi cum Instantia supplicauit quatenus secum transire velim ad terras Infrascriptas ad dandam sasinam et possessionem discreto viro domino Iohannj Modane Capellano suo nomine et ex parte altaris beatj Cristoforj marthiris in ecclesia parochialj sanctj nicholaij de Abirdene per ipsum Iohannem mathej denuo fundatj ac situatj de terris annuis Redditibus subsequentibus videlicet de vno annuo redditu vigintj solidorum vsualis monete scotie exeunte annuatim et leuando de fundo illius terre Iohannis pantoune de petmedane Iacente in vico furcarum dictj burgj ex occidentali parte eiusdem vicj inter terram Andree Baxter ex australi parte ex vna et terram heredum quondam Iohannis mar ex boreali partibus ab altera prout se extendit in longitudine et latitudine ad lacum dictj burgj versus occidens et communem viam regiam versus oriens Item de vno annuo Redditu decim solidorum exeunte

annuatim de quadam terra Iacente in eodem vico ex orientalj parte eiusdem vicj inter terram Alexandrj goldsmitht ex boreali parte et terram paternam Iohannis Walcar ex australi parte et communem viam regiam versus oriens et occidens Item de vno annuo Redditu octo solidorum exeunte annuatim et leuando de quadam terra Iacente in dicto vico furcarum inter terram Iacobi de Kintor et vxoris sue ex parte australi et terram michaelis blakluggis ex parte boreali et communem viam Regiam versus oriens et le gastraw versus occidens Item de vno annuo Redditu vigintj solidorum de terra dictj Iohannis Mathej que fuit quondam Ade Atheris Iacente in le Castailgaithed inter terram quondam Willelmi powtine ex australi parte et communem viam regiam versus boream ac terram dictj Iohannis mathej ex eadem parte et terram Willelmi Adamsone versus oriens et communem viam regiam versus occidens Ego vero balliuus antedictus sciens suam supplicacionem fore Iustam et Racioni Consonam cum dicto Iohanne mathej ad predictas terras cum testibus fidedignis libenter transiuj Et resignacionibus in manibus meis sponte factis per eundem Iohannem Mathej de dictis annuis redditibus cum suis pertinenciis per singulos denarios de outtoll impensum de supradictis annuis redditibus foras recepi et deposui et Receptis singulis denarijs de Intoll a dicto domino Iohanne modane nomine et ex parte dictj altaris et sui ipsius impensi in dictis annuis redditibus cum pertinenciis imposuj et Induxi sibique statum possessionem et sasinam eorundem tradidj et cum effectu deliberaui Ac eundem Dominum Iohannem in dictis annuis redditibus cum pertinenciis singulariter et in singulis corporaliter Inuestiuj saluo Iure cuiuslibet Super quibus omnibus et singulis prefatus dominus Iohannes Modane has meas litteras testimoniales sibi fierj petijt patentes quas eidem Caritatiue concessi sigillo meo sigillatas apud Abirdene decimo octauo die mensis septembris anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo hiis testibus matheo fechat Willelmo Rabsone dauid farchar Iacobo Craik Andrea mar Richardo modane thoma tailzeour Iohanne stot burgensibus domino Eduardo Robertj Roberto gillespy scriba communi dictj burgj et Duncano Stralocht vno sergeandorum dictj burgj cum multis alijs

fundacio sancti christoferi

Item sexdecim solidos et octo denarios de terra dauid mathej Iacente in vico Castrj ex australi parte eiusdem vicj inter terram

productum 28 aprilis 1601 per andream kyng in modum proba-

cionis contra joannem kyng mollesoun scriba

Iohannis gillespy ex occidentali et communem viam regiam qua Itur ad montem castrj ex orientali

Summa huius capellanie iij lib xiij s viij d

XXV.

fol. 22 [2]

Rentale altaris Sancti Iohannis Evangeliste anno domini millesimo quingentesimo primo

RICHARDUS Cementurius quondam bone memorie fundauit altare Sancti Iohannis evangeliste pro Salute anime sue animarum Sponse sue parentum benefactorum ac omnium fidelium defunctorum secundo die februarii Anno domini millesimo ducentesimo lxxvij° quodquidem altare et Capellanum perpetuum eiusdem Infeodauit in quodam magno Crofto le Sanct Iohnes croft vocato Iacente ex australi parte vici quo Itur ad le crabistane et de vno alio crofto ex occidentali parte eiusdem vici quod nunc Andreas ancroft possidet Reddendum capellano eiusdem annuatim vnum annuum Redditum decim solidorum et octo denariorum Idem cementurius Infeodauit Idem de quadam terra Iacente in vico Inferiore ecclesie ex boreali parte eiusdem vici nunc inter terram domini Iohannis litster ex occidentali et terram quondam mathei Wricht ex boreali et communes vias regias versus oriens et Austrum de qua capellanus annuatim nunc leuat vnum annuum Redditum xxj s et viii d Item Infeodatur de vno Orto Iacente sub monte Sancte katherine Virginis per quondam Alexandrum kintor et katherinam Ouchtirlouny pro salute animarum suarum Item de vno annuo Redditu trium solidorum De magno crofto fratrum predicatorum Iacente ex occidentali parte Cimiterij ecclesie parochialis de abirdene le liddisdaill croft vocato Item Infeodatur de vno annuo Redditu xiij s et quatuor d de terra quondam magistri Iohannis leuÿnstoun vicarij de Inuerrugy per quondam alexandrum kintor Et de vno annuo Redditu duarum mercarum de terra quondam thome crafurde ex australi parte vici castrj per dictum thomam et Agnetem Kintor Sponsam suam Et capellanus dicti altaris annuatim faciet cantores cantare duas missas pro salute animarum quondam Willelmi kintor Alexandri kintor et katherine Ouchtirlouny et agnetis craufurd

Productum xiij July anno 1546

Memorandum de ista fundacione non habetur aliqua carta quod post fundationem burgus de Aberdene fuit in manibus anglicorum

Summa huius Capellanie iij lib xv s iiij d exceptis crofto et tofto eiusdem

XXVI.

Rentale capellanie altaris sancte katherine fundate per quondam bone memorie Thomam de Camera factum Apud Abirdene quinto die mensis marcij Anno domini millesimo quingentesimo primo fol. 23[1]

IN PRIMIS de terra Roberti blinsele Iacente in burgo de aberdene in vico castrj ex boriali parte eiusdem vici xiij s et iiij d Item de terra Iohannis Wormet ex Australi parte eiusdem vici x s Item de terra quondam thome quhit nunc patricij leslie sex s et octo d Item de terra Ionete Wyntone Iacente in vico inferiore ecclesie ex boreali parte eiusdem xiij s et iiij d Item de terra Willelmi Andirsone in vico viridi prope terram thome gladstane v s Item de terra dicto altarj pertinente ex orientali parte eiusdem vici vj s Item de terris Inhabitatis per thomam pyot et Iacobum pyot v s Item de crofto vocato le Sow croft prope le Denburne viij s (Rentale Sancte Katherine)

Et De dictis annuis Redditibus nulla habetur carta

XXVII.

RENTALE annuorum reddituum altaris beatj petrj apostolorum principis in ecclesia parochiali beatj nicholaij confessoris de Abirdene situati per capellanum eiusdem leuandorum ad duos anni terminos videlicet Sanctj martinj in yeme et penticostem de terris infrascriptis In primis xiij s et iiij d de terra magistri Iohannis cadiow Iacente ex boriali parte superioris ecclesie inter terram Ade de craufurd ex parte orientali Item xx[tj]vj s et octo d de terra Iohannis de scrogis ex parte occidentali terre quondam robertj de tuligreg ex australi parte vicj castri et terram quondam Iohannis de mar ex parte orientali Item xx[tj] s de terra heredum quondam thome Rolland Iacente ex parte orientali vicj furcarum inter terram thome croudan ex parte boreali et terram Richardi kintor ex parte australi Item vj s de terra Iohannis stevinsone Iacente in le new raw vicj furcarum inter terram Andree baxstar ex parte australi et terram Iohannis quhit ex parte boreali Item v s de quodam tofto et crofto Iacente in constabillaria de durris infra vicecomitatum de kyncardin Item sex s et viij d de terra Iohannis loremar Iacente in le new raw inter terram Robertj quhit ex parte boreali et terram duncanj tailzour ex parte australi vnacum mansione Sanctj petrj Iacente ex borealj vicj castrj (Rentale Sanctj petrj) (nunc johannis Murray Iunioris) (nunc heredum andree meldrum) (nunc gilbertj menzes) (nunc capellanorum chorj)

Summa altaris Sanctj petri iij lib xvij s viij d

Item sex solidos de terra robertj kennerty Iacente in inferiore vico ecclesie ex boriali parte eiusdem inter terram quondam Iacobj kennerty ex occidentali parte et terram andree Straton versus oriens Regia via versus austrum cum ortulo boream versus Istam terram habet ex magistro dauid menzes tunc capellano cum patronorum consensu prout sue euidencie desuper confecte sub communi sigillo ostendunt

XXVIII.

fol. 23[2]

Sanct katheringis fundatioun be chalmer of murthill

OMNIBUS hanc Cartam visuris vel audituris Thomas de Camera de murthile et burgensis de abirdene salutem In domino sempiternam Noueritis me pro salute anime mee et Elizibeth sponse mee Ac pro salute animarum patris et matris mee antecessorum et Successorum meorum Et signanter pro animabus Illorum omnium quorum bona Iuste vel iniuste habui seu adeptus fui dedisse concessisse ac presenti carta mea pro me et heredibus meis confirmasse Imperpetuum deo omnipotentj beate virginj marie et omnibus sanctis suis Et altarj beate ketherine virginis in ecclesia beati nicholaij de Abirdene situato vnj Capellano Ibidem presentato ad celebrandum pro perpetuo quatuor marcas vsualis monete Regnj scocie leuandas annuatim et percipiendas ad terminos anni vsuales proporcionaliter medietatem videlicet ad festum penticostes et aliam medietatem ad festum sancti martini in yeme de tenementis Croftis et annuis Redditibus Infrascriptis scilicet de montibus furcarum trisdecim solidos et quatuor denarios Et de duobis tenementis Willelmi mathej Iacentibus in vico furcarum ex parte orientali eiusdem vicj inter terram Cristinj de kynnor ex parte boreali et terram quondam Willelmi gowill ex parte australi decim solidos Et de tenementis Willelmi scherar prope ecclesiam Iacentibus in vico Inferiore ecclesie inter duas vias regias tam ex parte boreali quam occidentali decim solidos Et de tenemento Iacobo de balfour presbitri Iacente in vico viridj prope fratres carmilitarum sex solidos et octo denarios Et de crofto quod vocatur Marycroft prope fontem beate marie virginis in territorio de denburne sex solidos et octo denarios Et de crofto quod vocatur celiwerd Iacente in territorio de le denburne inter croftum Iohannis de kynnynmond ex parte australi ex parte vna et croftum fratrum carmilitarum ex parte boreali ex parte altera sex solidos et octo denarios TENENDUM et habendum dicto

altarj et vni capellano Ibidem ut premittitur celebrantj pro animabus supradictis ut premittitur celebrantj pro animabus supradictis Imperpetuum In puram et perpetuam Elimosinam Adeo libere et quiete plenarie Integre et honorifice bene et in pace sicut aliqua Elimosina infra dictam ecclesiam parochialem dicti burgj liberius datur conceditur seu in puram Elimosinam possidetur sine quacunque Reclamacione Reuocacione aut contradictione mei vel heredum meorum aut aliorum quorumcunque nomine nostro vel ex parte nostra inde quouismodo futuris temporibus facienda Saluo tantum michi libero tenemento dictarum quatuor marcarum pro toto tempore vite mee Et quod presentacio dictj capellani michi et heredibus meis quotiens ipsum capellanum cedere vel decedere contigerit Remaneat libere disponenda Et si forte Ego vel heredes mej post vacacionem dicte capellanie non fuerimus vsi Iure presentacionis vnius capellani ydonei ad idem altare vt premittitur Celebrandi infra vigintj vnum dies proximo et Immediate sequentes volo et fideliter promitto quod prepositus dictj burgj qui pro tempore fuerit vnacum deliberacione secretj consilij eiusdem habeat de cetero plenam facultatem eidem altare vnum capellanum ydoneum pleno Iure presentare Ac quaquidem presentacione et eius Iure ego et heredes mej abhinc simus penitus et omnino exclusi Et si aliqui heredum meorum dictam summam quatuor marcarum in toto vel in parte a dicto capellano subtraxerit liceat domino diocesano qui pro tempore fuerit subtractorem autoritate sua compellare et Anime sue periculum vsque ad plenam solucionem dicte summe faciendam prosequj et distringere cum effectu Ad quam solucionem fideliter ut prefertur faciendam sine fraude Obligo me et heredes meos successiue terras et vniuersas possessiones nostras habitas et habendas tam Infra burgum quam extra fore distringendos per Episcopum Abirdonensem qui pro tempore fuerit et prepositum de Abirdene vsque ad plenam solucionem fiendam prefato Capellano de summa expressata Infringentes seu in aliquo Infringentes presentem meam ordinacionem dacionem concessionem et huiusmodi Elimosine confirmacionem autoritate domini nostri Ihesu christi crucifixi et omnipotentis dei ac sancte matris ecclesie et quanta committitur humane Creature ad maledicendum maledicantur et Illam maledictionem quam pater sub sua potestate habet in filium merere valeant recipere et possidere Et ego prefatus thomas de camera et heredes mej dictas quatuor marcas ut premissum est dicto altarj Et

vnj Capellano Ibidem diuina celebrantj Imperpetuum varantizabimus Acquietabimus et tanquam puram Elimosinam Imperpetuum defendemus De quibusquidem quatuor marcis post huiusmodi Resignacionem In manibus prouidj virj Iohannis burnat tunc vnius balliuorum burgj fol. 24[1] de Aberdene debite factam et admissam sasinam et possessionem dicto altarj et capellano Ibidem pro perpetuo celebrantj contuli Realiter et cum effectu In cuius Rej testimonium presenti carte mee sigillum meum apposuj Et ad maiorem Rej Euidenciam sigillum honorabilis virj Iohannis de fif tunc prepositi Ac sigillum Commune Dictj burgj de Aberden vnacum sigillo dictj Iohannis burnard vnius balliuorum eiusdem cum . . . . decuit Instantia apponj presentibus procurauj Apud Abirdene vicesimo quarto die mensis marcij Anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo septimo Testibus honorabilibus prouidis et famosis viris Dicto Iohanne de fif tunc preposito gilberto de menzeis Richardo de Rutherfurd Iohanne vokat andrea de Cullane Andrea branche Adam de hill Thoma vmfray Willelmo de caidiou communi clerico Angusio Ade Stephano Iohannis Alexandro moyses Alexandro de spensa et Willelmo mathej burgensibus dictj burgj vna cum henrico sclater et Willelmo atkinsone Duobus sergeandorum cum multis aliis etc

Summa capellanie fundate per quondam thomam de camera vj lib xiij s iiij d

XXIX.

VNIUERSIS hanc Cartam visuri et audituri Willelmus de strabroch burgensis de abirdene ac dominus de Fowren eternam in domino Salutem Noueritis me cum consensu et assensu Willelmj de strabroch filij et heredis mei in pensata vtilitate vite mee parentum et amicorum meorum et salute anime mee et animarum eorundem dedisse concessisse et hac presente carta mea confirmasse necnon pro me et heredibus meis et assignatis quiette clamasse altarj beati jacobj apostoli in ecclesia parochiali beati nicholaij de abirdene situato sex mercas stirlingorum annualium reddituum perpetuo de terris subscriptis percipiendas videlicet quadraginta solidos stirlingorum de terra quam arthurius de aberporthoc de me quondam tenuit ad feodifirmam Iacente in vico castrj ex boreali parte eiusdem vici inter terram tunc bidr (?) Dychly versus occidens et terram heredis quondam Iohannis de rossy versus oriens et

si heredes dicti arthuri dictam terram pro dicto feodo tenere noluerint volo quod dicta terra cum pertinenciis imperpetuum remaneat altarj beati Jacobj supradicti reddendo inde forinsecum seruicium domini nostri regis tantum Et viginti solidos stirlingorum de terra quam ninianus stoyll de me tenet ad feodifirmam Iacente in dicto vico castrj inter terram thome de strane versus occidens et terram roberti de salchot versus oriens Et septem decim solidos et octo denarios stirlingorum de terra quam hugo de Rodinum de me tenet ad feodifirmam Iacente in vico castrj ex opposito crucis inter terram roberti de edynhium versus austrum et terram Willelmi ettel versus boream Et vne perticate terre Iacentis in vico de foty que quondam vocabatur rubea postrina cuiuscunque valoris esse poterit Tenendos et habendos pro dicto altari libere quiette plenarie et honorifice bene et in pace sine aliquo retinemento uel aliqua reclamacione mei heredum meorum et assignatorum Saluo hoc tantum quod ego pro meo perpetuo et heredes mei suis temporibus sint veri patroni eiusdem elimosine ad presentandum domino diocyssano abberdonensi vnum ydoneum cappellanum diuina ibidem celebraturum quocienscunque opus fuerit Et ego predictus Willelmus et heredes mei et mei assignati dictas sex mercas annuas ut predictum est per omnes terras nostras redditus et possessiones Warantizabimus acquietabimus et imperpetum defendemus In cuius rej testimonium presenti carte Sigillum meum est appensum et ad instanciam meam et heredis mei Sigillum venerabilis patris in christo domini dei gracia episcopi abberdonensis et sigillum commune burgi de abbirdene gratia testimonij presentibus apponi procuraui Actum et datum et scriptum apud abirdene die sabbatj in festo annunciacionis beate marie virginis Anno gracie millesimo tricentesimo quadragesimo

HEC est vera et indubitata copia carte originalis Willelmi de strabroch de sex mercis stirlingorum fundatis capellano seruienti ad altare sancti iacobj apostoli per dictum Willelmum copiata et auscultata ac collacionata per me magistrum Willelmum philipsoun notarium publicum et concordat cum sua originali carta de verbo in verbum quod attestor per cirographum meum huic scripture appositum anno domini millesimo quingentesimo vicesimo sexto die vero mensis decembris decimo nono

Hic est scribae chirographum

XXX.

fol. 21[2] VNIUERSIS pateat per presentes me allexandrum howyson burgensem burgi de abberdene presentasse et tenore presencium presentare discretum virum dominum allexandrum Club capellanum aberdonensis dioceseos ad seruicium capellanie decem mercarum annuorum reddituum per me fundate ad altare sancte crucis wlgariter nominatum le broune croiss situatum in ecclesia parochiali beati nicholaj dicti burgi Sibique dictam capellaniam et seruicium eiusdem cum fructibus firmis et peruenientibus eorundem assignasse et per presentes assignare pro toto tempore vite sue cum omnimoda potestate dictos annuos redditus cum pertinenciis leuandi percipiendi pro eisdemque distringendi agendi et defendendi ac omnia alia et singula faciendi gerendi et exercendi que in administracione dicte capellanie secundum tenorem carte fundacionis eiusdem necessaria fuerant seu quomodolibet opportuna In cuius rei testimonium Sigillum meum presentibus est appensum apud dictum burgum de abberdene vltimo die mensis Septembris anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo primo

XXXI.

VNIUERSIS et singulis ad quorum noticias presentes litere peruenerint prepositus consules et balliuj burgi de abberdene Salutem Quum pium sit et meritorium fidele testimonium veritatj et maxime in hijs rebus in quibus occultatio veritatis innocentj possit dampnum et preiudicium generare hinc est quod coram nobis personaliter comparens prouidus vir allexander howysone filius et heres quondam Iohannis howysone burgensis dicti burgi nobis exposuit et declarauit se in augmentum cultus diuini et pro salute animarum patris sui matrisque sue sueque anime et Isabelle Culanne sponse sue parentumque amicorum antecessorum prolium et successorum suorum ac omnium fidelium defunctorum dedisse concessisse deo omnipotentj et eius matrj beate marie virgini et omnibus sanctis et altarj sancte crucis vocate le broune croise situato in ecclesia parochiali beati nicolai confessoris dicti burgi ac domino allexandro Club capellano pro toto tempore vite sue diuina ibidem celebranti et pro perpetuo capellano ibidem celebraturo decem mercas annui redditus vsualis monete scocie annuatim exeuntes de

terris et croftis infrascriptis videlicet de quadam terra Iacente in capite vicj castrj inter terram heredum quondam vilhelmj pultj ex parte australj ex vna et communes vias regias tam ex boriali quam occidentali viginti solidos monete scocie Et de terra Iohannis ratree in eodem vico ex parte boriali inter terram Roberti blyndseile ex vna et terram dauidis de kyntor partibus ab altera tredecim solidos et iiij^or denarios Et de magno crofto vilhelmi cryne Iacente in le faty cuius quidem crofti dimidia pars est in manibus heredum vilhelmi adamson et altera dimidia pars est in manibus heredum dicti vilhelmj cryne inter croftum vilhelmi blyndseile ex boriali et croftum heredum quondam vilhelmi de leith domini de bernis ex australi partibus ab altera viginta solidos Et de duabus suis terris anterioribus jacentibus in vico furcarum ex orientali parte eiusdem vicj inter terram Iohannis stevynson ex boriali parte ex vna et terram tunc Iohannis paterson nunc vero vilhelmj buchan pistoris ex australi ex altera tredecem solidos et iiij^or denarios Et de terra tunc ade cardeny nunc vero heredum dauidis paterson Iacente in vico de le gastrawe inter terram mathacj glaster ex boriali parte ex vna et terram dauidis symson nunc existente in manibus vilhelmi vormot ex parte australi quatuordecim solidos Et de terra antedicti mathacj glaster collateraliter jacente in eodem vico inter terram quondam dauidis blaber nunc existente in manibus johannis knollis ex parte boriali ex vna parte et terram heredum dicti dauidis patersoune ex parte australj tredecim solidos et iiij^or denarios Et de terra quondam Vilhelmj cadeowe in vico furcarum nunc existente in manibus magistri andree bisset camerarij domini episcopi inter terram heredum thome chavmer ex parte boriali et terram Iohannis doncansoune de banf ex parte australi sedecim solidos et octo denarios Et de terra vilhelmj beelde in vico de sculhill inter terram thome meldrum ex parte orientali ex vna et terram allexandri crag ex occidentali parte ex altera nouem solidos et iiij^or denarios Et de terra supradicti allexandri crag collateraliter in eodem vico et terram supradicti vilhelmi beelde ex orientali parte ex vna et terram alexandri vilsoune ex occidentali partibus ab altera duos solidos Et de suo crofto wlgariter nuncupato le cragvele jacente ex occidentali parte dicti burgi prope viam regiam qua itur ad Rubbislaw vocatam le lonyne ex parte australi dicte vie habens croftum carmelitarum a parte australi et dictam viam regiam ex boriali parte tredecim solidos et iiij^or denarios De quibus quidem decem mercis et annuis redditibus Andreas scherar

vnus balliuorum dicti burgi vt dictus allexander howysone fatebatur et asseruit dicto domino allexandro club statum et possessionem realem et corporalem dicto altari pro se et suis successoribus ad dictum altare pro dictis animabus deseruientibus pro se singulariter in singulis tradidit et assignauit cum omnimoda potestate leuandi percipiendi pro eisdem que namandj et distringendi agendj et defendendj Racione cuius fundacionis et possessionis altaris jura patronatus dicti altaris sibique dicto allexandro suis que heredibus et successoribus tenore presencium contulimus
fol. 25[1] Iure vero patronatus dicte capellanie et altaris heredibus suis et et successoribus pro perpetuo remansuro In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium fidem et testimonium promissorum prefatus dominus allexander Club Sigillum nostrum communem quo vtimur ad causas cum instancia presentibus apponi procurauit apud dictum burgum vltimo die mensis Septembris Anno domini millesimo quadringentesimo Sexagesimo primo testibus Ricardo de kintor tunc preposito andrea menzes andrea alanj Iohanne mar Iohanne scrogis andrea scherar Iohanne de kyntor balliuis thoma alanj Roberto boide magistro Roberto stewart Domino Iohanne morison capellano Iohanne vaus seriando cum multis et diuersis alijs etc

XXXII.

VNIUERSIS et singulis ad quorum notitias presentes literae peruenerint prepositus consules et balliui burgi de abberdene salutem cum benedictione diuina Cum pium sit et meritorium fidele testimonium perhibere veritatj et maxime que coram Iudicibus rite et legaliter terminantur Hinc est quod coram nobis pro tribunali sedentibus in pretorio dicti burgi die lune post festum Iohannis diuini de anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo in plena curia capitali ibidem tenta accesserunt ad barram dominus allexander Club capellanus et procurator altaris sancte crucis wlgariter nuncupate le broune croyce cum suo procuratore doncano sawchar de murcroft ex parte vna Et dominus Iohannes modane capellanus sancti christofori ex parte altera Et peruenerunt a roberto gillespy communi clerico dicti burgi tres processus per ipsos legittime ductos in tribus placitis capitalibus proxime et immidiate precedentes perlegi vt lacius in libro attorum nostre curie continetur Super recuperatorem possessionis et proprietatis de media parte cuiusdam terre anterioris Iacentis in capite vici castrj

inter terram heredis quondam vilhelmi pulti ex parte australi et terram Iohannis mathosone ex parte boreali Et de media parte terre interioris eiusdem Iacentis inter terram vilhelmi adamsoune ex parte occidentali et communem venellam regiam qua itur ad montem castrj dicti burgi ex parte orientali ob defectum solucionis annuj redditus vigintj solidorum monete scocie dictis altaribus ut asserebatur debitis de eisdem et a longis temporibus non solutis Quibus processibus alta et intelligibili voce perlectis in plana curia capitali auditis allegacionibus vtriusque partis hinc inde et euidencijs cartis et fundacionibus eorum productis ostensis inspectis et intellectis prefatus dominus allexander club nomine quo supra pecijt cum instancia de predictis terris cum pertinencijs sibi dari Iuris et Iusticie complementum vnde hora diei legittime exspectata ceteris que peractis que ordo Iuris exigit et requirit curia bene et mature auisata bedellis clamantibus si qui essent ad opponendum contradicendum vel aliqua alia ad ostendendum vel dicendum contra dictos processus Et nullis opponentibus nec contradicentibus decretum fuit per curiam et datum pro Iudicio per os vilhelmj serreff indicatoris curie quod dictus dominus allexander club nomine quo supra possessiones et proprietatem dictarum terrarum cum pertinencijs vnacum firmis et peruenientibus earundem legittime recuperauit ob defectum solucionis annui redditus prenotatj perpetuum silencium dicto domino Iohanni modane ac omnibus alijs in futurum aliquod clameum pretendentibus imponendo de et super quibus omnibus et singulis prefatus dominus allexander Club nostras literas testimoniales sibi darj cum instancia pecijt quas sibi concessimus Sigillo nostro rotundo quo vtimur ad causas munimine roboratas in testimonium veritatis Anno die mense et loco supradictis Coram hijs testibus Ricardo kyntor Iohanne mar Andrea alanj Andrea scherar dauid colisoun Thoma fyff Thoma de camera Allexandro blyndesele Dauid mathosone Roberto gillespy Et philippo dumbrek seriando et diuersis alijs etc

Summa Rentalis capellanie sancte crucis le brovne croice vocate vj lib xiij s iiij d

Item de quodam crofto Iohannis colysoune vocatum le kyll croft descendendo a le kyll usque ad loch croft eiusdem vicj duos solidos Item de quadam terra Iacente in le grene inter terram heredum robertj Club ex parte boriali ex vna et ortum gilbertj murisone ex parte

australi Inter duos torrentes descendentes ad domum sancte trinitatis et inferius molendinum nunc existens in manibus patricij nouem solidos

XXXIII.

fol. 25[2] *Rentale reddituum altaris beate marie virginis in choro australi ecclesie beati nicolai burgi de aberdene factum tempore prepositure Iohannis vaus anno domini millesimo quadringentesimo xliiij[to]*

In primis in vico superiorj ecclesie

4 nouembris anno 1521 Productum In modum probacionis per magistrum thomam shuter Curatum Aberdonensem contra Ioannem vschar

DE terra robertj valanch ex parte boriali vicj eiusdem inter terram Thome Club ex parte occidentali ex parte vna et communem venellam qua itur ad lacum eiusdem burgi ex parte orientali ex parte altera ij solidos

Item de terra quam nunc tenet andreas thomsoun sutor Iacente ex dicta boriali parte eiusdem vicj inter terram Iohannis traile ex parte orientali et terram quondam Angusij blak ex parte occidentali v solidos

Item de terra vilhelmi fichet filij richardj ex dicta boriali parte inter terram Iohannis stewart ex parte orientalj et terram heredum quondam nicholaj lorymar ex parte occidentali xij d

Item de terra nicholaij de carnbee quam inhabitat Iacente ex dicta boriali parte vici predicti inter terram Iohannis rogersoun ex parte orientali et terram thome murreff ex parte occidentali vj s viij d

Redditus eiusdem altaris in vico furcarum

In primis de terra vilhelmi fichet filij quondam nicholai fichet Iacente ex occidentali parte vici predicti inter terram ade de hill ex parte boriali et terram thome lyp ex parte australj ij solidos vj d

Item de vno crofto Iacente ad finem borialem dicti vici ex orientali parte eiusdem inter croftum Iohannis bertlousoun ex parte boriali et croftum Iohannis de scrogis patris ex parte australj ij solidos et vj d

Item de terra allexandri gray quam inhabitat Iacente ex orientali parte vici predicti inter terram andree benying ex parte australi et terram dicti allexandri ex parte boriali vj solidos et octo d

Item de terra thome blyndsele Iacente in ly buthrawe vici predicti ex

parte occidentalj eiusdem inter terram vilhelmi fodryngamme ex parte boriali et terram quondam Dauidis traile ex parte australj vj solidos et viij d

Item de terra heredum dicti quondam dauid traile et Iohannis gray Iacente in ly buthraw predicto inter terram predictj thome blyndseile ex parte boriali et terram symonis blaber ex parte australj vj s et viij d

Item de terra roberti fraser Iacente in ly buthraw predicto inter publicam viam regiam ex parte boriali et terram vilhelmi de fodringamme ex parte australj iij lib vj solidos et viij d

Item ex noua fundacione allexandri fraser quondam patris dicti robertj nonnuper defunctj memorandi quod iste annuus redditus est concessus ex fundo dicte terre nullo eum precedente

Redditus eiusdem altaris in vico castrj

De terra que dicitur ly Newport quam tenent heredes quondam andree kymysoune et Iohannes filius robertj de elgyn Iacente inter terram Iohannis de benyng versus occidens et tres publicas vias regias versus boriens oriens et austrum xxvj solidos et viij d

Item de terra quondam henricj prestoun quam nunc tenet gilbertus menzes Iacente ex parte boriali vici castrj predicti inter terram Iohannis kyntor ex parte occidentalj ex vna et terram ade benyng ex parte orientalj xvj solidos

Item de terra Iohannis scherar de deer Iacente ex parte boriali eiusdem vicj inter terram Iohannis bowar quam dictus Iohannes scherar inhabitat ex parte orientalj ex vna et terram Iohannis benyng ex parte occidentalj x solidos

Productum 9° decembris anno 1530 in causa M t shav contra dominum andream scherar

Item de terra Iohannis archere Iacente in fossa castri inter terram Wilhelmi pultj ex parte australi ex vna et communem viam regiam ex parte borialj partibus ab altera v s

In vico de futy

Item de crofto allexandri cryne juxta riuulum vocatum colcrike ex parte australj eiusdem v solidos

In ly grene

Item de terra Iohannis Club tinctoris Iacente ex parte orientalj aqueductus inter terram eiusdem Iohannis ex parte australi ex vna et terram allexandri kyntor ex parte boriali partibus ab altera ij solidos

Item de terra que fuit quondam ade de bedis quam nunc tenet vilhelmus de Coutis inter terram quondam vilhelmi de stradee versus oriens et tres vias publicas versus austrum occidens et boream viij d

Item de terra allexandri andersoun et de terra thome andersoun Iacente inter terram quondam mathe ettale quam nunc tenet Iohannes sprunt ex parte australj ex vna et vinellam que jacet ex parte australj cimiterij ecclesie beati nicholai ex parte boriali partibus ab altera iij solidos et iiii^or^ d

Item de terra que fuit quondam vilhelmi scherar quam assedauit ad feodofirmam domino allexandro de Irwyne domino de drum militj et caudam eiusdem vilhelmo baxster Iacente inter terram prefati vilhelmi scherar ex parte orientali ex vna et communem vinellam que jacet ex parte orientalj cimiterij ecclesie beati nicolaj ex parte occidentalj iiii^or^ solidos

Item de terra magistri thome chamer curati de aberdene de nouo constructi Iacente extra portam vicj furcarum ex occidentali parte vici regij tam de domibus quam de croftis v s inde augmentatum xij d et per eundem curatum

In vico nauium

De terra quam nunc occupat thomas branche Iacente ex occidentalj parte eiusdem vicj inter terram Robertj sprunt ex parte boreali ex vna et terram thome blyndseile ex parte australj partibus ab altera v solidos

Item de terra Iohannis stokar Iacente in vico superiorj ecclesie inter terram ade litster ex vna et terram Iohannis Catnes ex altera x solidos

Item de terris eiusdem Iohannis stokar in ly grene extra pontem x solidos

Item de terra quondam galfridj burnat in le gastrawe inter terram Iohannis Robertj ex vna et terram Iohannis gray iiij solidos

Item de terra andree balhuny quam nunc habet Iohannes gregory in le grene ij solidos

Item de terra quondam Iohannes crukschank Iacente in vico inferiorj ecclesie vij solidos

fol. 26[1] Item de terra quondam Iohannis sprunt Iacente in vico inferiori ecclesie inter terram quondam dauidis gethane ex parte orientali ex vna et terram quondam andree cumyne scissoris ex occidentalj partibus ab altera iij s et iiij^or^ d

Item de terra quondam Robertj gillespy Iacente in vico castri prope montem xij d

Ornamenta dicti Altaris

In primis vnus calix argenteus deauratus Item vnum missale de pergameno Item tres casule et due tunice de serico cum capa nigri coloris de serico tercia casula ex albo lineo Item due albe et duo amictj Item ij twalia Item duo dependentia ante altare vnum de le arras et aliud de serico fustato Item duo frontalia vnum de arras et aliud de vorseto nigro Item vnum magnum frontale rubeum de vorseto quod circuit totum altare desuper Item vna cista longa et alia rotunda bene farrata et serata Item iiij^or^ candelebra cerea Item duo vestimenta linea quadragesimalia vnum coram altare et aliud ante tabernaculum desuper altare Quis autem donauit supradicta ornamenta ignoratur Patroni dicte capellanie et altaris propositus consules et communitas ville

XXXIV.

VNIUERSIS et singulis presentes literas inspecturis prepositus Balliui consules et nonnullj communitatis burgi de aberdene corpus dicti oppidi pro tempore representantes Salutem in domino Noueritis nos vnanimi consensu et assensu dedisse concessisse assignasse et liberaliter contulisse dilecto nostro viro vtique benemerito magistro Allexandro fyf capellano illam capellaniam nostram altaris sancte marie virginis gloriosissime Dei genitricis in ecclesia parochiali beatj nicolai dicti burgi situati vacantem per mortem quondam domini andree scheres vltimj capellani et possessoris eiusdem ad nostram presentacionem et aliam omnimodam disposicionem pleno Iure spectantem pro toto tempore vite sue vt ceterj suj predecessores dictj altaris capellanj inibi seruierunt in divinis cultibus solitis et consuetis administraturo cum possessione prefate capellanie altaris prenotatj debita exequentia mandante presencium tenore literarum omnibus et singulis quibus interest aut intererit aut interesse poterit nostris convicinis quatenus eidem magistro allexandro vel suis procuratoribus quibuscunque de vniuersis et singulis fructibus redditibus peruenientibus obuencionibus oblacionibus emolumentis Iuribusque et pertinencijs capellanie dicti altaris beate marie in statutis annj terminis penthecostis et sancti martini in yeme proportionaliter vt solito prompte respondeant pareant

et intendant pro quibus eidem potestatem et auctoritatem nostras committimus presencium per tenorem quocunque naamandj et distringendj si forte tempore in futuro in solucione fructuum aut reddituum quorumcunque dicte capellanie pertinencium aut pertinere valencium quomodolibet in futurum tardi ingustj aut neglecti videbuntur aut fuerint quoquomodo In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum Sigillum nostrum commune huic presentj nostre donacionj apud dictum magistrum allexandrum perpetuo remansurum est appensum apud aberdene Decimo die mensis decembris anno domini millesimo cccc^{mo} lxxxiiij^{to}

Summa Rentalis beate marie virginis x li et xl d

Magister thomas chawmer capellanus altaris beate marie virginis decorauit dictum altare cum duobus dependenciis videlicet frontalibus vnum de serico et aliud de panno auri texto circumeuntibus totum altare et dictus magister thomas decorauit dictum altare cum libro ex pressura et tribus albis et tribus tualibus et viginti quinque candelis seriis super dictum altare

REQUIRO inscribi in hoc libro nouum Rentale Recuperatum per me magistrum thomam chawmer curatum de abberden et capellanum eiusdem altaris limitatum per possessores domorum et croftorum tunc temporis anno dominj millesimo quingentesimo decimo tertio tempore prepositure honorabilis viri gilberti menzes

Thomas Chawmer notarius publicus manu propria

XXXV.

fol. 26[2] VNIUERSIS christi fidelibus Hanc Cartam visuris uel audituris magister duncanus Scherar Prebendarius de Clat ac canonicus abirdonensis salutem in domino sempiternam Quia per deuotas oraciones ac missarum celebraciones vbi christus dei filius pro peccatis nostris patri offertur presertim creditur peccata dimitti purgatorij que penas demoliri et ab eiis defunctorum animas frequencius liberari ac in paradisi gaudijs collocari Hinc est quod Ego dictus magister duncanus pie deuocionis effectu ductus in honore Sancte et Indiuidue trinitatis gloriosissime virginis marie beati Andree apostoli necnon Sanctorum Molicj et fotinj omniumque sanctorum dei in Agmentacionem vnius perpetue capellanie

fundat to ye cathedrall kirk of auld aberdene

vni capellano ydoneo perpetue celibraturo in ecclesia cathedrali abirdonensi ad altare sancti Andree Per quondam bone memorie Magistrum laurencium pyot quondam archidiaconum ab antiquo in parte fundate Eandem capellaniam de nouo Ampleare dotare agmentare domino fauente disposui et ordinaui cum terris et annuis Redditibus Infrascriptis vnacum consensu et assensu domini mei domini Willelmi episcopi abirdonensis et capituli eiusdem prout in literis patentibus michi de Iure patronatus desuper confectis plenius continetur Nouerit Igitur vniuersitas vestra me cum consensu et assensu supradictis diuine contemplacionis Intentu dedisse concessisse et confirmasse ac tenore presencium dare concedere et hac presenti carta mea ad mortuam manum Inquantum in me est confirmasse deo et gloriosissime Virginj marie Sancto andree Sancto moloco et Sancto fotino dictoque altari et capellano Inhibi pro perpetuo celibraturo pro salute et animabus Iacobi quarti nunc Regis scotorum Illustrissimj Reuerendique in christo patris et domini domini Willelmi Episcopi nunc abirdonensis Et pro anima mea ac patrum et matrum meorum et priorum fundatorum eiusdem capellanie parentum successorum nostrorum fratrum sororum et benefactorum meorum omniumque aliorum viuorum ac defunctorum a quo uel a quibus aliqua bona recepi et eisdem ad condignum non satisfeci Totum illud tenementum meum siue terram meam de nouo constructam Iacentem in vniuersitate abirdonensi Inter communem viam Regiam ex orientali ex vna Et terras de Setone ex occidentalj partibus ab altera Et terram magistri Ade gordone precentoris morauiensis versus austrum et communem venellam versus boream Ac vnum annuum Redditum decim solidorum de terra Andree kennerty Iacente in eadem vniuersitate abirdonensi Inter terram Iohannis zong ex australi ex vna et terram Willelmi Wilsoune ex boriali partibus ab altera INSUPER noueritis me pro salute et animabus prenotatis dedisse concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Vni Iuueni studenti in artibus de sanguine meo si reperiatur habilis ad studia literarum recidentiam personalem facientem in nouo collegio vniuersitatis abirdonensis omnes et singulos annuos Redditus subscriptos ad summam trium librarum et decim solidorum extendentes annuatim videlicet vnum annuum Redditum decim solidorum de terra quondam Willelmi Andrissoune Iacente in burgo de abirdene in vico inferiore ecclesie inter terram quondam dauid symsoune ex parte australi et terram quondam dauid Watsoune ex

occidentali parte et communem viam Regiam ex orientali parte et vnum annuum Redditum viginti solidorum de terra Iohannis Collisoune Iacente in vico furcarum ex orientali parte eiusdem vici inter terram quondam Willelmi Cantuly ex australi parte ex vna et terram Richardi hill ex boriali partibus ab altera Et vnum annuum Redditum viginti solidorum de terra domini Iohannis Ruthirfurde militis Iacente in vico superiore ecclesie dicti burgi ex australi parte eiusdem vici Inter terram Richardi Wauss ex orientali ex vna et torrentem currentem ex occidentali partibus ab altera et communem viam regiam versus boream et terram quondam thome Cullanne versus austrum Et vnum annuum Redditum fol. 27[1] quinque solidorum de terra Willelmi Amfra Iacente in burgo de kintor le perk vocata ex boreali parte eiusdem vicj inter terram Iohannis smart ex orientali ex vna et lacum dicti burgi ex occidentali partibus ab altera Et vnum annuum redditum quinque solidorum de terra dicti Iohannis smart Iacente ex australi parte eiusdem vici inter terram heredum quondam Iohannis forbes ex orientali ex vna et aliam terram Ipsius Iohannis smart ex occidentali partibus ab altera Et vnum annuum Redditum quatuor solidorum de duabus Rudis dicti Iohannis smart ex australi parte eiusdem vici inter terram Iohannis dennys ex occidentali parte et communem venellam ex orientali parte Et vnum annuum Redditum trium solidorum de quatuor Rudis Willelmi thomsoune Iacentibus in dicto burgo de kintor ex boreali parte vie regie inter terras Willelmi myl ex boreali et orientali partibus et vnum annuum Redditum duorum solidorum de duabus Rudis Andree kelle Iacentibus infra dictum burgum de kintor ex australi parte dicte ville quarum vna Iacet inter terram hospitalis Sancti thome de Abirdene ex orientali ex vna et terras fergusij philpe ex occidentali partibus ab altera Et alia Ruda Iacet inter terram Iohannis kelle ex orientali parte et terram hospitalis sancti thome ex occidentali parte Et vnum annuum Redditum duodecim denariorum de duabus Rudis Iacentibus in eodem burgo inter terram Iohannis smart ex occidentali parte et terram dicti hospitalis ex orientali parte INSUPER Noueritis me dedisse concessisse et hac presenti carta mea confirmasse venerabilibus viris dominis magistris capellanis et pueris fundatis et fundandis In Nouo Collegio vniuersitatis abirdonensis vnum annuum Redditum viginti solidorum annuatim leuandum de terra Richardi hil Iacente in dicto burgo abirdonensi in vico furcarum ex orientali parte eiusdem vicj inter terram Iohannis Collisoune ex australi

et terram quondam duncanj lundoris ex boreali Pro vno anniuersario singulis annis ad magnum Altare eiusdem annuatim celebrando pro illis pro quibus orare teneor in festo Sancti molocj dum vixero Et post decessum meum Ipsi et suj successores anniuersarium solempne pro salute anime mee animarum parentum meorum benefactorum et omnium fidelium defunctorum annuatim celebrabunt in die obitus mei videlicet exequias defunctorum Placebo et dirige in nocte precedente et missa de nota in die cum trigintali missarum sequente in Ebdomita INSUPER Collector eorum annuatim vnam tabulam super monimentum situabunt Eandem pallio decenti cooperient ac luminaria Inuenient ut moris est in huiusmodi anniuersariis TENENDUM ET HABENDUM totum et Integros tenementum et annuos Redditus antedictos cum suis pertinenciis prefatis Capellano altaris Sancti Andree bursario et dominis magistris capellanis et pueris nouj collegij abirdonensis et suis successoribus a me et heredibus meis in puram et perpetuam Elimosinam Imperpetuum Cum omnibus et singulis Iuribus libertatibus commoditatibus et asiamentis ac Iustis suis pertinenciis quibuscunque vnicuique in singulis ut supra Adeo libere plenarie intigre honorifice bene et in pace in omnibus et per omnia sicut aliqua terra et annuj Redditus ecclesie infra Regnum scotie dantur aut possidentur sine reuocacione aliquali INSUPER Volo quod si aliquis Iuuenis de sanguine meo habilis ad studia non reperiatur presentetur alius habilis totiens quotiens Et volo quod capellanus quicunque sit celebraturus ad altare sancti Andree Aliam curam seu beneficium non habeat nisi sit beneficium uel officium tam exilis valoris quod Idem Capellanus potest illud legitime optinere et ministrare in eadem Capellania ut prescriptum est Residentiam per- fol. 27
sonaliter facere in nouo collegio et apud eandem vt supra dum Igitur dictam capellaniam modo predicto seu per mortem aut ad seruicium studentis ve per decessum aut alias quouismodo vacare contingerit Volo ordino arbitror et concedo quod ad me quam diu vixero in humanis Et post meum decessum ad Reuerendum dominum meum Willelmum episcopum modernum abirdonensem quam diu vixerit in humanis Et post nostrum decessum ad dominos decanum precedentem et capitulum abirdonensem Et si contingat dictos decanum precedentem et capitulum ad dictam capellaniam sic vacantem aut bursarij studentis vltra quadraginta dies a die vacationis eiusdem eiis notificare cessante causa legitima deferre tunc presentacio dicte capellanie et bursarij ad Rectorem

vniuersitatis abirdonensis et ad decanum facultatis artium qui pro tempore fuerint illa vice libere pertineat sine contradictione aliquali Nec ipsi altari sic per me in parte fundato et bursario aliquem alium capellanum seu bursarium saltem vita mea durante preter meam voluntatem Imponere valeant seu aliquis eorum valeat quomodolibet in futurum Set quod dictum tenementum et annuj Redditus cum pertinenciis ad sustentacionem vnius capellanj et bursarij studentis ac pro anniuersario meo ut supra post decessum meum Irreuocabiliter sedeant et maneant Imperpetuum Eciam volo et ordino quod dictus capellanus singulis annis obitus mei Placebo et derige nocte precedente obitum meum et missam in crastino celebrare teneatur TANDEM volo quod dictus capellanus quj pro tempore fuerit omnibus diebus dominicis et festinis ac vigiliis eorundem assit indutus superpellicio in choro dicte ecclesie uel in choro nouj collegij ad beneplacitum domini mei reuerendi moderni et dominorum de capitulo et hoc post decessum meum DEMUM volo et ordino quod patroni dicte capellanie et eorum quilibet omnia et singula premissa in omnibus et per omnia ut predictum est fideliter obseruent et perimpleant ac obseruari et perimpleri faciant prout ipsi et eorum quilibet pro se in nouissimo examine voluerint seu voluerit desuper Respondere INSUPER ordino quod si contingat ut absit dictum collegium deficere et Inhibi diuinum officium cessari post annum et diem extunc prout exnunc econtradictum Anniuersarium et stipendium bursarij incorporari sicut de presenti in corpore vino et annecto ecclesie cathedrali abirdonensi Et quod inter vicarios chori quantum ad anniuersarium fiet equalis distribucio obseruando nichilhominus tenorem per me factum ac si fuisset in ipso collegio et ex tunc in ecclesia cathedrali Et tunc demum quod absit post annum et diem a cessacione in lectura et diuinis nisi per vniuersalem plagam tunc dictus bursarius et suj successores perpetuis futuris temporibus deseruient in ecclesia cathedrali abirdonensi et orabunt pro me et animabus suprascriptis ut predicitur ITA tamen quod si contingat ipsum collegium de nouo congregari et Inhibi diuinum officium et studia literarum ac actus scolastici Inhibi excerceri tunc hiis non obstantibus fundacio dicti bursarij et anniuersarij libere redibunt ad ipsum collegium ut supra expressatum est INSUPER volo et ordino quod capellanus perpetuus dicti altaris et suj successores sustentent sufficienter et supportent Predictum tenementum siue terram ut Indis-
fol. 28[1] tringibilis et constructa In futurum permaneat In Cuius Rei testimonium

huic presenti carte mee Sigillum meum est appensum apud vniuersitatem abirdonensem vicesimo primo die mensis marcij Anno domini millesimo quingentesimo primo Coram discretis et famosis viris magistris matheo pacok Andrea patersoune domino gilberto chamer vicario de tulicht dauid liell et domino Iohanne Stirueling notario publico cum diuersis alijs etc

XXXVI.

Rentale annuorum Reddituum pertinentium altari sancti Andree in ecclesia cathedrali abirdonensi

IN primis in antiquo de tenemento roberti blinseille Iacente in via caustri burgi de Abirdene inter terram Wilhelmi ratre ex orientali et terram alexandri Watsoune ex occidentali annuatim xx s Item de terra quondam Willelmi andree Iacente in eodem vico inter terram magistri Willelmi lewinstône ex occidentali et terram Iohannis kintor ex orientali xiij s iiij d Et de duabus terris insimul Iacentibus ex boreali parte de le huksterrawe dicti burgi inter terram quondam magistri Iohannis Clat ex parte occidentali et terram dauid hill ex parte orientali xxvj s viij d Item de villa de esthintuly in durris xiij s iiij d et solutum annuatim per Iohannem knowis in abirdene Item de villa de balquhorin in baronia de findoune xl s set dominus de mane soluit de tenemento suo in abirdene videlicet le rownde tabill annuatim nisi xx s Item per compositionem pro certis debitis inter executores quondam magistri laurenci pyot et georgium leslie de quhit corss ipse georgius leslie tenetur dare cartam suam et desuper possessionem pro xiij s iiij d ad dictum altare sancti andree de terris suis de quhit corss uel glasgowforest prout magister laurencius piot conscienciam suam onerauit ut prius per suam scripturam manualem quam summam xiij s iiij d dictus georgius constanter annuatim persoluebat ad plures annos transactos prout ad presens facit Item totum illud tenementum siue terram de nouo constructam Iacentem in vniuersitate abirdonensi inter communem viam regiam ex orientali ex vna et terras de setoune ex occidentali partibus ab altera et terram quondam magistri ade gordoune versus austrum et communem venellam versus boriam que nunc dat annuatim vj lib iij s iiij d et x s domino episcopo videlicet in domo anteriori sunt· quatuor chamere et vna taberna

et quilibet chamera dat annuatim xviij s et taberna viij s summa huius iiij lib et domus interior cum chamera et coquina et orto soluit nunc annuatim xiij s iiij d et domino episcopo x s Et alia domus versus austrum soluit xx s et domus in qua stat fornax x s et horeum non assedatur alicui ad presens Et vnum annuum redditum x s de terra andree kennerty Iacente in eadem vniuersitate abirdonensi inter terram Iohannis zong ex australi et terram Willelmi Wilsoune ex boriali partibus ab altera

Nota quod omnes prescripti annui redditus terrarum sunt de fundo ipsarum prescriptarum prout lacius in cartis desuper confectis plenius continetur

XXXVII.

fol. 28[2] *Rentale altaris Sancti duthaci in ecclesia parochiali beati nicholai de abirdene &c*

IN primis de terris quondam Iohannis torclecht Iacente infra dictum burgum de abirdene in vico superiori ecclesie ex australi parte eiusdem vici inter terram donaldi straquhine ex orientali et torrentem ex occidentali x s Item de terra quondam Iohannis traill ex australi parte eiusdem vici inter terram quondam thome prat ex orientali et communes vias regias versus occidens et boriam et terram quondam dauid club versus austrum v s Item de terra quondam Iohannis scrogis Iacente ex boriali parte eiusdem vici inter terram quondam Andree murraye ex orientali et terram Iacobi collisoune ex occidentali v s Item de terra interiore quondam Willelmj tulydeff in vico furcarum ex occidentali parte eiusdem vicj inter terram Iohannis collisoune ex orientali et lacum ex occidentali et terram quondam Willelmi abirdour versus austrum et terram dicti Iohannis versus boriam vj s Item de terra Iacente in le grene inter torrentem ex orientali ac terram Iohannis litster ex occidentali xx d Item vnum tenementum videlicet terram meam Iam vastam Iacens in vico nauium inter terram Willelmi moir ex parte occidentali et terram Iohannis gouis ex orientali Et terram meam Iam vastam Iacentem in eodem vico inter terram Iohannis gouis ex occidentali et viam regiam ex parte orientali Item iiij s iiij d de terra thome litsteir Iacente in vico superiore ecclesie inter terram ade litsteir ex parte borientali et terram thome traill ex parte australi Et aliud annuum redditum vj s et viij d de

terra dicti thome traill Iacente in eodem vico inter terram dicti thome litsteir ex parte borientali et terram thome club ex parte australi Et vnum annuum redditum xx d de terra dicti thome club Iacente in eodem inter terram thome traill ex parte boriali et terram Iohannis crag ex parte australi Et vnum annuum redditum ix s de terra vilhelmi moir Iacente in vico nauium dicti burgi inter terram andree allanj ex parte occidentali et antedictam terram meam ex parte orientali Et vnum annuum redditum vij s et xj d de terra Iohannis gouis in dicto vico inter terras meas predictas ex partibus occidentali et orientali Et vnum annuum redditum xl d de terra Willelmi club pistoris Iacente juxta finem dicti vicj inter terram quondam gilberti masone ex parte orientali et terram vilhelmi lammyntoune ex parte australi et duas vias regias tam ex parte boriali quam occidentali

Nota quod omnes prescripti annuj redditus terrarum sunt de fundo ipsarum prescriptarum prout lacius in cartis desuper confectis plenius continetur

XXXVIII.

MAGISTER duncanus Scherar Rector de Clat Ornauit et decorauit dictum altare sancti duthaci cum calice argenti cum ymaginibus Sanctorum moloci fotini Kentigerni et sancte brigide super calicem et in patena eiusdem cum ymagine beati *(sic)* marie virginis deauratis et cum diuersis aliis ornamentis Et cum sedili ante altare super quod ponendum fecit vnum volumen legatum in quo Incipiunt sermones fratris Wilhelmi lugdoune de epistolis in dominicis diebus per annum Et vnum martologium et vnum psalterum cathenandum coram dicto altari ad sedile siue stallium Et pro deo orate pro eo

Summa Rentalis altaris beati duthaci iij lib et vij d

XXXIX.

APUD Aberdene decimo quinto die mensis Nouembris Anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo octauo Concordatum est inter venerabiles viros Magistrum duncanum Scherar Rectorem de clat ex vna et curatum et capellanos ecclesie parochialis de abirdene Inhibi celebrantes partibus ex altera in modo et forma sequentibus videlicet quod dictus Magister duncanus affermabit eiis annuatim quadraginta solidos monete scocie per equales porciones in festo Sancti martinj et

fol. 29[1]

pentecostes de legatis et legandis per eum et procuratorem eius pro pane et vino cotidie celebrando in dicta ecclesia parochiali de abirdene Et ipsi capellani tenebuntur annuatim celebrare anniuersarios patris et matris dicti magistri duncanj cum missa de nota et aliis priuatis missis et orare pro dicto magistro duncano et pro animabus patris et matris eiusdem quorum anniuersariorum vnum pro patre dicti magistri duncanj celebrabunt xxvij° die mensis Ianuarij aut in dominica proxima Inde sequente Alium vero pro matre eius vicesimo octauo die mensis Iulij aut in dominica Inde sequente et affigunt quatuor cereos ut moris est dictis anniuersariis sumptibus suis testibus subscriptionibus dictorum curati et capellanorum

Obitus Wilhelmi Scherar olim prepositi ut supra etc

Obitus Isabelle Rutherfurde vxoris eiusdem ut supra etc etc

Ego dauid Waus curatus subscribo manu propria
Ego Alexander vocat capellanus manu propria
Ego Alexander gray capellanus manu propria
Ego Iohannes prat capellanus manu propria
Ego Andreas thome capellanus manu propria
Ego Iohannes de camera subscripsi manu propria
Ego Wilhelmus morisoune capellanus manu propria
Ego robertus leis capellanus approbo premissa
Ego dominus Iohannes litster capellanus manu propria
Ego dominus matheus nicholai capellanus manu propria
Ego Ingramus bannerman capellanus manu propria
Ego duncanus nauchty capellanus manu propria
Ego Andreas henricj manu propria
Ego Iohannes blak capellanus manu propria
Ego Willelmus crukschank manu propria
Ego alexander bisset manu propria
Ego alexander fyf manu propria
Ego Iohannes stirueling capellanus manu propria
Ego Iohannes strachtauchin manu propria
Ego thomas herwy manu propria
Ego andreas gray subscribo manu propria
Et alexander club capellanus forma prescripta et condicione seruata obligo me ad hujusmodi exequias celebrandas pro parte mea
Et ego Richardus patricij capellanus manu propria
Ego Thomas stanne capellanus manu propria
Ego Andreas chawmer capellanus manu propria

XL.

Rentale ad emendum panem et vinum recens annuatim distribuendum de die in diem singulis capellanis in ecclesia parochiali beati nicholai celebraturis pro consecracione sacramenti

IN primis vnum annuum redditum ix s de terra thome litster Iacente inter terram Ade litster ex parte boriali et terram thome traill ex parte australi in vico superiore ecclesie Et vnum annuum redditum xxx s de terra andree ranisoune Iacente in eodem vico extra portam ex boriali parte inter terram thome meldrum et andree michelsoune ex parte occidentali et communem viam regiam versus austrum et lacum versus boriam et vnum annuum redditum xx d de terra quondam angusij glennysoune nunc autem Willelmi zong inter terram quondam Edmundi lawsoune ex parte boriali et terram gilberti leitht ex parte australi Et vnum annuum redditum v s de terra Iohannis malisoune Iacente in vico castri ex parte borientali eiusdem vicj inter terras quondam Willelmi buchane et Iohannis Wormet ex orientali et terram quondam murdaci glenmalwinning ex occidentali et vias regias ex australi et borientali partibus fol. 29[2]

Summa huius pro pane et vino annuatim ut supra xlv s viij d

Nota quod omnes prescripti annui redditus terrarum sunt de fundo ipsarum prescriptarum prout latius in cartis desuper confectis plenius continetur

XLI.

Rentale annuorum reddituum altaris beatorum laurencij et Ninianj

RENTALE annuorum reddituum altaris Beatorum Laurentii martiris et Niniani confessoris situati in ecclesia perrochiali Beati Nicholaij de Abirdene fundatorum per quondam bone memorie Wilhelmum de leitht primum dominum de Bernys In primis de Terra Iohannis wormet Iacente in vico Castri ex australi parte eiusdem inter terras Thome Waus et dauid Theman ex orientali ex vna et terras quondam henrici crag et dauid fynne ex occidentali partibus ab altera Triginta solidos annuatim de terra tam anteriore quam Interiore andree ancroft Iacente in eodem vico ex eadem parte eiusdem inter terram nunc alex-

andri burnat ex orientali et terram Willelmi Blinseil couper ex occidentali xxiii s et quatuor denarios De Terra Iohannis Mar Iacente ex eadem parte eiusdem vici inter terram domini Iohannis stirueling capellani ex orientali et terram heredum quondam Thome Chapman ex occidentali xx^tj solidos de terra Iohannis colisone Iacente in vico furcarum in cono vici de nethirkirkgat super le nuk inter terram quondam roberti blinseil ex boreali Et communes vias regias versus oriens austrum et occidens xx^tj s De terra Iohannis Blak Iacente in eodem vico in opposito dicte terre Iohannis colisoune inter terram quondam Willelmi andree ex australi Et communes vias regias versus oriens et boream et terram quondam Willelmi sprunt pistoris versus occidens xvj s De terra Iohannis watsone Iacente in eodem vico inter terram quondam Iohannis myl ex boreali ex vna et terram capellanorum collegii ecclesie cathederalis abirdonensis ex australi et communes vias regias versus oriens et occidens vj s viij d de terra dauid mar Iacente ex eadem parte dicti vicj inter terram thome buchane pistoris ex boreali et terram dicti quondam Iohannis myln versus austrum viij s de quadam pecia terre vaste in futy secundum tenorem antique carte vij s et nunc soluat nisi duos solidos De quadam terra penitus vasta et inhospitata quondam Iohannis profyt Iacente in vico Nauium inter terram richardi craufurd ex australi Et terram quondam petri kynidy ex boreali v s

Summa huius capellanie vj lib vj s

XLII.

fol. 30[1] *Carta alexandri menzes confirmata per suum superiorem et per supremum dominum nostrum regem mortificata de fundacione lampadis coram venerabili sacramento pendentis etc*

IACOBUS dei gracia Rex Scotorum OMNIBUS probis hominibus tocius terre sue Clericis et laicis salutem SCIATIS nos cartam et literam subscriptas videlicet Cartam factam per dilectum nostrum Alexandrum menzeis aldirmannum burgi nostri de abirden cum consensu et assensu dilecti Consanguinei nostri Alexandri Comitis buchanie domini de vchtirhouss et baronis de grandoun sui domini superioris de vno annuo redditu trium librarum levando de terris de balmady cum

pertinenciis Iacentibus in baronia de grandoun infra vicecomitatum nostrum de abirdene dato et concesso per dictum Alexandrum menzeis in puram et perpetuam elimosinam in augmentacionem diuini cultus Ac in laudem et honorem dei omnipotentis Beatissime virginis marie beatorum Nicholaij et Sebastianj et omnium sanctorum Capellano perpetuo altaris sancti sebastiani infra ecclesiam parochialem de abirdene pro nostra prosperitate et salute anime nostre et animarum parentum nostrorum quorum animabus propicietur deus et animarum successorum nostrorum Necnon pro salute aliarum animarum in dicta carta specificatarum diuina in perpetuum celebraturo Et ad sustentandam pro perpetuo lampadem oleo ardentem coram sacramento apud magnum altare dicte ecclesie secundum tenorem dicte carte per prefatum Alexandrum menzeis desuper confecte litteram vero per prefatum alexandrum comitem buchanie baronem de grandoun de ipsius consensu et assensu dicto alexandro menzeis datis et exhibitis ad infeodandum et concedendum dictum annuum redditum ad effectum prenominatum de mandato nostro visas lectas inspectas et diligenter examinatas sanas integras non rasas non cancellatas nec in aliquibus earum partibus suspectas ad plenum intellexisse sub hiis formis OMNIBUS hanc cartam visuris vel audituris Alexander menzeis prepositus burgi de abirden salutem in eo qui est omnium vera salus Cum mortalibus morte nichil cercius et ad supernorum sedes merita sola convocant Memorans in districto Iudicio bona opera per Iustum Iudicem remunerari Noueritis cum consensu et assensu Alexandri Comitis buchanie domini mei superioris baronis de grandoun ad honorem dei omnipotentis laudemque intimerate virginis eius matris beatissimj confessoris nicholaij gloriosi martiris sebastiani omniumque sanctorum dei in salutem animarum excellentissimj principis Iacobi scotorum Regis tercij Illustrissimj Margarete regine eius coniugis Inuictissimique principis Iacobi quarti sui filij scotorum regis modernj Margarete regine sue coniugis suorumque predecessorum et successorum Animaque pro Reuerendi in christo patris Willelmi Episcopi Abirdonensis ac pro salute anime mee et animarum Andree menzeis patris mei Mariote arbuthnot matris mee Elizabeth leslie vxoris mee omniumque fratrum sororum Parentum et amicorum meorum et benefactorum omniumque fidelium defunctorum et specialiter pro animabus quorum bona quouismodo in terris percepi absque restitucione aut recompensacione Dedisse concessisse et hac presenti carta mea in puram elimosinam fol. 30[2]

imperpetuum confirmasse deo et gloriose virgini marie eius matri beatis nicholayo Sebastiano et omnibus sanctis ac capellano apud altare prefati martiris sebastianj in ecclesia perrochiali Sancti nicholaij de abirden diuinam celebranti vnum annuum redditum trium librarum vsualis monete regni scocie michi pertinentem percipiendum annuatim et leuandum ad duos anni terminos penticostes videlicet et Sancti martinj in hyeme per equales porciones de totis et integris terris de balmady cum pertinenciis Iacentibus in baronia de grandoun infra vicecomitatum de Abirden TENENDUM et habendum predictum annuum redditum trium librarum prefato capellano et suis successoribus in puram et perpetuam elimosinam imperpetuum Pro quoquidem annuo redditu predicto Volo quod predictus capellanus altaris sancti sebastiani et sui successores teneantur astricti temporibus pro perpetuo futuris ad sustentandam et Inueniendam vnam lampadem cum oleo ardentem noctem die que continue coram sacramento ad summum altare dicte ecclesie beati nicholaij absque extinctione aut defectu quocumque ET SI CONTINGAT quod absit prefatum capellanum in sustentacione diurna et nocturna ac continua nutricione dicte lampadis cum oleo deficere Volo quod curatus et capitulum dicte ecclesie parochialis de Abirden ipsum capellanum pro reseruacione dicte lampadis absque citacione compellant et cum summa annui redditus ad manus proprias recipiant et intromittant semper et quousque dictus capellanus predictam lampadem sufficienter sustineat IN Cuius rei testimonium Sigillum meum huic presenti carte mee est appensum Apud Edinburgh decimoquarto die mensis Nouembris anno domini millesimo Quingentesimo tercio Coram hiis testibus videlicet Reuerendo in christo patre et domino domino Willelmo Episcopo abirdonensi Iacobo dunbar de blakerage milite Alexandro banermann de Waltertoun domino Thoma myrtoun canonico morauiensi Iohanne mar et georgeo Dunbar cum diuersis aliis Till all ande sindry to quhais knawlege thir present letters sall to cum Alexander Erle of buchane ande barone of grandoune gretinge in gode euirlesting Zoure vniuersiteis sall wit ws for gud ande resonabill causis ande speciall for the agmentacioun of divyne seruice of god ande halykyrke ande till perpetuall vphalding of ane lampe ande lycht in ye paroch kyrke of aberdene befor the sacrament at ye hie alter of ye samyne Ande ye ourcom to ye chapellane of Sebastianys alter wythin ye saide kyrke till hafen consentit and assentit and be the tenour of yir

of thir present lettris consentis and assentis perpetualy for ws our ayris ande assignais that our cousing Alexander menzies burges of Abirden gyf ande grant in perpetuall almoss ane annuall rent of thre pundis gangande furth zherly of ye landis of balmady lyand in our said barony wythin ye serrefdome of abirden The quilke annuall rent pertains in heretage to ye saide Alexander Ande also we consent and assentis for ws our airis ande assignes that ye saide annuall be gevin be ye saide Alexander to ye saide kyrke ande chapelain of the sayde alter quhatsumeuir
in perpetuall almoss for ye vphaldinge of the saide lamp suffrage ande fol. 31[1]
prayeris Ande gyf the saide Alexander can get our Souerane lordis mortificatioun tharapone We our airis ande assignais consentis ande assentis to ye samyn be the tenour of yis writ wythout ony reuocacioun contradiccioun obstakill or demand to be maide be ws our airis or assignais quhatsumeuir in tyme to cum IN Witnes heirof we haf subscriuit this writ with our hand ande appendit our seill to ye samyn At abirden the secund day of Julij The zeir of gode a thousand fyvhundreth Befor thir witnes Master Valter drummonde dene of dunblane ande clerke of ye Register Master William Irelande vicar of fortywywat master george streuelinge ande serr dauid leis chaplane Wyth vthir diuers QUASQUIDEM cartam et litteram ac donacionem et concessionem in eisdem contentas In omnibus suis punctis et articulis condicionibus et modis ac Circumstanciis suis quibuscunque forma pariter et effectu In omnibus et per omnia approbamus Ratificamus et pro nobis et successoribus nostris admortizamus et ad manum mortuam vt premissum est pro perpetuo confirmamus Saluis nobis et successoribus nostris dicti capellanj et suorum successorum orationum suffragiis deuotarum tantum IN cuius Rei testimonium presenti carte nostre confirmacionis et admortificacionis magnum Sigillum nostrum apponi precepimus TESTIBUS Reuerendissimo in christo patre nostroque carissimo fratre Iacobo Sanctiandree archiepiscopo duce rossie et cancellario nostro Reuerendo in christo patre Willelmo episcopo abirdonensi nostri secreti sigilli custode dilectis Consanguineis nostris Archibaldo comite de Ergile domino campbell et lorne magistro hospicij nostri Patricio comite de boithuile domino hals ac Matheo comite de levenax domino de rulor Alexandro domino hume magno camerario nostro Andrea domino de gray Iusticiario nostro Et dilecto clerico nostro magistro gawino dunbar decano morauiensi nostrorum Rotu-

lorum et registri ac consilij clerico Apud Edinburgh Visesimo sexto die mensis Nouembris Anno dominj millesimo Quingentesimo tercio Et Regni nostri decimo sexto

hec est vera copia ab originali extracta de verbo in verbum colacionata

XLIII.

fol. 31[2] QUINTA die mensis Iulij In Anno dominj millesimo quingentesimo quinto In loco capitulari solito Capellanorum et confratrum ecclesie parochialis beati Nicholaj burgi de Abirdene capitulariter adunatorum circumspectus vir Iohannes arthuri burgensis dicti burgj animadvertens et premeditans exiguitatem temporis presentis seculi longanimitatemque et diuturnitatem futuri letabundi quidem hiis qui bona in vita sua egerunt et pleni anxietate et tristicia contra facientibus perpetualiter duraturi Volens igitur quicquid bonj in sui vita ad perpetuam rei memoriam et ad laudem et gloriam dei omnipotentis et sanctorum ciuium tocius celestis curie facere et patiare sex volumina librorum Illius doctoris eximij Nicholaj de lyra suis sumptibus et expensis comparata Collegio dictorum Capellanorum et confratrum burgj nominati in dicta ecclesia seruiencium et celebrancium presencium et futurorum pro suffragio dimidij trigentalis missarum annuatim per dictos capellanos celebrandarum In festo beati bertholomei apostoli pro suj sueque anime salute dedit contulit et donauit pro vtilitate et commodo dictorum capellanorum et confratrum in scienciis et contemplacionibus cicius imbuendorum Et ad dicti trigentalis dimidij missarum celebracionem statuto tempore per prefatos capellanos sic annuatim et pro perpetuo fiendarum pro prescripti Iohannis arthuri incolumitate et sue anime salute Omnes capellani quj pro tempore intererant assencierunt ac pro se et suis successoribus dicte ecclesie capellanie nemine in contrarium contradicente hilariter annuerunt In presencia venerabilium virorum magistrorum Walteri forbes canonici dunblanensis duncani de camera Rectoris de furvy et Iohannis baidenagh vicarij de gamery ac notarij publici in testes vocatorum et Rogatorum

Nota memorie commendande

XLIV.

Carta dauid Symsoune

OMNIBUS hanc Cartam visuris vel audituris Dauid symsoun burgensis de abirdene Eternam in domino salutem Cum omnes stabimus ante tribunal domini nostri ihesu christi siue bonum siue malum fuerit recepturi prout in tempore gessimus Igitur diem extremj iudicij operibus misericordie expediens est preuenire vt seminata in terris multiplici fructu colligere valeamus in celis Vnde noueritis me in augmentum diuinj cultus et honorem Dei omnipotentis beatissime virginis marie matris sue Sancti leonardj ac omnium sanctorum dedisse concessisse assignasse et hac presenti carta mea confirmasse deo omnipotenti gloriosissime virginj marie omnibus sanctis et altari beati leonardj infra ecclesiam Sancti Nicolaij de abirden situato et domino dauid Walcar capellano meo perpetuo Ibidem celebranti ac suis successoribus celebraturis pro anima mea et animabus parentum successorum et benefactorum meorum et omnium fidelium defunctorum presertimque illorum a quibus aliqua bona minus iuste habuj omnes et singulos annuos redditus meos subscriptos videlicet vnum annuum redditum Duarum Marcarum vsualis monete scotie annuatim leuandum de tota et integra terre quondam thome Culan Iacente in le gastraw Inter terram heredum quondam duncanj clat ex boriali ex vna et terram quondam Iohannis roberti ex australi partibus ex altera et communem regiam versus oriens prout se extendit ad aqueductum molendinj superioris versus occidens vnum annuum redditum viginti solidorum annuatim leuandum de tota integraque dauid tailzour Iacente in vico inferiore ecclesie inter terram Walteri auchneywe ex occidentali et terram thome gladstane ex boriali ac communes vias regias versus oriens et austrum vnum alium annuum redditum trisdecim solidorum et quatuor denariorum exeuntem annuatim de quadam terra Andree ranison iacente infra dictum burgum in vico furcarum inter terras mathei masse et Willelmum andree ex orientali terramque quondam alexandri hay ex australi ac duas vias regias versus occidens et boriam vnum annuum redditum sex solidorum et octo denariorum leuandum de quadam terra olim roberti club iacente in vico viridi inter terram thome litstar ex boriali ex vna et communem viam regiam ex australi partibus ex altera et duos torrentes versus oriens et occidens vnum annuum redditum viginti solidorum annuatim

thomas Cullanis land Is now Mr Patrick Skenis Bot Is redemit and provin In partes

tailzeour's Land Is now Andrew baxtars Land baxsters and depends in partes

fol. 32[1]

leuandum de tota et integra terra quondam Iohannis Waus in vico castrj ex australi parte eiusdem vici inter terram alexandri scrogis ex orientali ex vna et terram Andree ancroft ex occidentali partibus ex altera et communem viam regiam versus extendentem ad torrentem sancte trinitatis versus austrum vnum annuum redditum trium solidorum de terra iacobj kennardy in vico viridj inter terram donaldj sclatter ex boriali ex vna et terram capelle beate katrine virginis ex australi partibus ex altera vnum annuum redditum trium solidorum de terra alexandri logy in vico furcarum inter terram Roberti blinsele ex australi ex vna et terram quondam thome ymlow ex boriali partibus ex altera et communes vias regias versus oriens et occidens ac vnum annuum redditum triginta octo solidorum vsualis monete scocie annuatim leuandum de totis et integris duabus terris meis collateraliter Iacentibus infra dictum burgum in vico inferiore ecclesie ex australi parte eiusdem vici inter terram Willelmi andree ex orientali ex vna et torrentem communem molendinorum eiusdem burgi ex occidentali partibus ex altera quosquidem annuos redditus ex meo proprio conquestu emi et recuperaui Tenendos habendos et possidendos omnes et singulos annuos redditus antedictos cum suis pertinenciis prefato domino dauid et suis successoribus capellanis perpetuis eiusdem a me et heredibus meis in puram ac perpetuam elimosinam Imperpetuum cum omni iure et iuris clameo ac cum omnibus et singulis liberatibus comoditatibus et asiamentis ac iustis suis pertinenciis quibuscunque ad dictos annuos redditus cum pertinenciis spectantibus seu iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum adeo libere plenarie integre honorifice bene et in pace in omnibus et per omnia sicut aliquis annuus redditus infra dictum burgum in puram et perpetuam elimosinam datur conceditur aut possidetur sine reuocacione reclamacione aut contradictione aliquali mei heredum meorum assignatorum aut aliorum quorumcunque nomine nostro aut ex parte nostra faciendis iure vero patronatus dicte capellanie perpetue michi et heredibus meis perpetuis temporibus remanente Et si forte Ego aut heredes mei post vacacionem dicte capellanie non vsi fuerimus iure presentacionis vnius ydonei capellanj ad predictum altare celebraturi impremittitur infra quadraginta dies proxime et immediate sequentes Volo concedo ac firmiter promitto quod dominus noster episcopus abirdonensis illa vice habeat plenariam facultatem eidem altari vnum ydoneum capellanum pleno iure presentare ac eandem capellaniam

conferre Insuper si aliquis heredum meorum aut assignatorum predictos fol. 32[2]
annuos redditus in toto vel in parte a prefato capellano subtraxerit tunc liceat domino diodecesano quj pro tempore fuerit eumdem siue eosdem censuris ecclesiasticis compellere et in anime sue periculum ad plenariam solicionem prefate summe faciendam prosequj et distringere cum effectu infringentes seu in aliquo infringere procurantes presentes meas donacionem ordinacionem concessionem assignacionem et elimosinarum confirmacionem autoritate domini nostri ihesu christi omnipotentis dei et sancte matris ecclesie et quantum committitur humane creature maledicatur et illam maledictionem quam pater sub potestate habet in filium mereri valeant et eternaliter possidere Faciendus inde dictus capellanus et suj successores diuina seruicia ac suffragia ad prefatum altare pro fundatoribus et animabus prenotatis tantum pro omni alio seruicio seculari exaccione seu demanda que inde exigi poterit aut requiri Insuper si contingat dictum capellanum in diuinis suffragiis per quadraginta dies continuos deficere et ab eodem altari se absentare nisi sit causa egritudinis sine speciali licencia mej aut heredum meorum tunc licitum erit nobis alium ydoneum capellanum presentare et domino nostro episcopo aberdonensi eandem nostro presentato conferre Et ego vero dictus dauid symsoune heredes mei et assignati omnes et singulos annuos redditus antedictos cum suis pertinenciis prefato domino dauid pro toto tempore vite sue et suis successoribus capellanis perpetuis eiusdem in omnibus et per omnia vt premissum est per omnes terras ac possessiones nostras contra omnes mortales varantizabimus acquietabimus et imperpetuum defendemus In cuius rei testimonium sigillum meum huic presenti carte mee est appensum Apud abirden xiiij^{to} die septembris Anno domini millesimo cccc^{o} octuagissimo nono coram prouidis et famosis viris thoma fyf Wyllelmo andersoun senior Willelmo andersoun iunior Iohanne blak ad clauem dicti burgi comorante Alexandro chamer in schipraw duncano smytht dauid robertsoun Roberto ouchterles thoma lytstar burgensibus eiusdem burgi philippo dunbrek Alexandro alansoun duobus seriandorum eiusdem et domino Iohanne stirueling presbitro ac notario publico cum multis aliis Non obstantibus premissis ego dictus dauid symsoun Wolo lego ac fideliter promitto quod deficientibus heredibus masculis quod Ius patronatus prefate capellanie dicto domino episcopo aberdonensi et suis successoribus perpetuis temporibus futuris

sine impedimento aliquali remaneat coram testibus et notario suprascriptis &c

Summa huius capellanie vj lib x s viij d

XLV.

Fundatio magistri thome Waus

fol. 33 [1] QUONDAM bone memorie Magister thomas Waus precentor morauiensis dotauit altare Sanctj martinj cum vno annuo Redditu quadraginta solidorum monete scotie annuatim leuando de terra thome Waus Iacente infra dictum burgum et proposuit capellaniam perpetuam fundare sed medio tempore viam vniuerse Carnis Ingressus est

Summa huius xl s

XLVI.

Redditus altaris Sancte crucis

IN primo de terra Iohannis fechat quam tenet vico superiore ecclesie xiij s iiij d Item in eodem vico de terra thome dauid v s Item in eodem vico de terra staphanj filii Iohannis v s Item in eodem vico de terra Richardj fechat xij d Item de terra thome lam xl d Item de terra Iohannis strang quam Alexander moyses habet que est terra thome molsat iij s Item de terra Willelmi sperk xiij s iiij d Item de bothis thome blinseill vj s viij d Item de terra Iohannis gray vj s viij d Item de terra Iohannis filii Andree ij s Item de terra Andree Waus iij s xxxij d vasta Item de terra thome both ij s Item de terra Robertj filii Ade vj s viij d Item de croftro quod fratres carmelitarum tenent iij s in vico viridj in occidentalj parte de le deneburne Item de terra duncanj heruy viij s Et in tempore meo recepi de illa terra xvj s Item de terra ade atherj iiij s Et quidem recepi v s Item de terra Iohannis scrogis ad finem castri vasta ij s Item de terra Iohannis filii henricj in vico de futy iij s et quidem recepi vij s Item de terra Iohannis Reid iuxta cokik xij d Item de terra Iohannis scrogis ad finem castrj xl d Item de terra phillipi filii Andree sub pede montis castrj ij s Item de illa terra ad altare Sanctj Iacobi ij s ex donacione Walteri filii Robertj

Summa huius Rentalis iiij lib xviij s viij d

XLVII.

Fundatio capellanie altaris diuj Iohannis baptiste procursoris dominj per Iohannem Knollis fol. 33[2]

OMNIBUS hanc Cartam visuris vel Audituris Iohannes knollis burgensis burgi de Abirdene ac verus et Indubitatus patronus altaris beatj Iohannis baptiste infra ecclesiam beatj nicholaij de Abirdene situati Eternam in domino salutem cum omnes stabimus ante tribunal domini nostri ihesu Christi siue bonum siue malum fuerit prout in Corpore gessimus recepturi Igitur diem extremj Iudicij operibus misericordie valde expediens est preuenire ut seminata in terris multiplici fructu colligere valeamus in celis Vnde noueritis me in augmentum diuini Cultus dedisse concessisse et hac presentj carta mea confirmasse deo beatissime virgini marie et omnibus sanctis ac altari beati Iohannis Baptiste antedicto et domino alexandro vocat capellano perpetuo Ibidem celebrantj et suis successoribus Ibidem celebraturis pro anima mea ac animabus parentum successorum et benefactorum meorum ac omnium fidelium defunctorum vnum annuum redditum quadraginta vnius solidorum vsualis monete scocie annuatim leuandum de quadam terra Iohannis kintor Iacente infra dictum burgum in vico castri ex australi parte eiusdem vicj inter aliam terram Ipsius Iohannis ex orientali ex vna et terram alexandri mar ex occidentali partibus ab altera extendentem in longitudine a communi via regia versus boream ad torrentem sancte trinitatis versus austrum Ac vnum alium annuum redditum duorum mercarum eiusdem monete de alia terra Ipsius Iohannis Kyntor Iacente ex orientalj parte prefate terre sue ex vna et terram quondam Willelmi moyses partibus ab altera et communem viam regiam versus boream extendentem ad torrentem Sancte trinitatis versus austrum in augmentum primeue infeodacionis et fundacionis dicto altari facte Tenendos et habendos dictos annuos Redditus cum pertinenciis prefato capellano et suis Successoribus Capellanis perpetuis eiusdem a me et heredibus meis in puram Elymosinam Imperpetuum Cum omnibus et singulis libertatibus Comoditatibus et asiamentis ac Iustis suis pertinenciis quibuscunque Adeo libere plenarie integre honorifice bene et in pace in omnibus et per omnia sicut aliquis annuus redditus infra dictum burgum in puram et perpetuam Elymo-

sinam datur conceditur aut possidetur sine reuocacione aut reclamacione aliquali mei heredum meorum aut assignatorum facienda Insuper dictos annuos redditus per me concessos primeue infeodacioni et fundacioni vnio Redigo et annecto in vnam capellaniam per presentes Iure vero patronatus eiusdem Capellanie michi et heredibus meis masculis de corpore meo legittime procreatis seu procreandis perpetuis futuris temporibus remanentibus quibus forte deficientibus preposito balliuis Consulibus et Communitatj dictj burgi Imperpetuum Et si forte ego aut heredes mei post vacationem dicte capellanie vsi non fuerimus Iure patronatus vnius ydonei capellani ad Idem altare ut premittitur celebrandi infra quadraginta dies proxime et immediate sequentes Volo concedo et fideliter promitto quod prepositus dictj burgi qui pro tempore fuerit vna cum deliberacione secretj consilij eiusdem Illa vicj [*sic*] habeat plenariam potestatem eidem altarj vnum Idoneum Capellanum presentare Necnon si aliqui heredum meorum aut assignatorum huiusmodi annuos redditus in toto aut in parte a prefato capellano Subtraxerint tunc liceat domino diocesano qui pro tempore fuerit eosdem autoritate sua compellere et in anime sue periculum vsque ad plenariam solucionem dicte summe faciendam prosequj et
fol. 34[1] distringere cum effectu Infringentes Seu in aliquo Infringere procurantes presentes meas donacionem ordinacionem et concessionem et huiusmodi elymosine confirmacionem autoritate domini nostri Ihesu christi omnipotentis dei ac sancte matris ecclesie et quantum committitur humane creature ad maledicendum maledicatur et Illam malediccionem quam pater sub potestate habet in filium mereri valeant et eternaliter possidere Faciendus inde dictus capellanus et sui successores seruicia diuina ad Idem altare pro animabus fundatores debita et consueta Et si contingat prelibatum capellanum deficere in seruicio diuino per quadraginta dies continuos in defectu capellani eiusdem aut sui substitutj nisi causa egritudinis sine speciali licencia mei aut heredum meorum tunc licitum erit nobis de eadem disponere pro nostre libito voluntatis Et ego vero dictus Iohannes knollis et heredes mei totos et integros annuos redditus prenotatos cum suis pertinenciis prefato capellano et suis successoribus perpetuis capellanis eiusdem in omnibus et per omnia ut premissum est per omnes terras et possessiones nostras contra omnes mortales varantizabimus acquietabimus et Imperpetuum defendemus In Cuius rei testimonium huic

presenti carte mee Sigillum meum et Sigilla prouidorum virorum Willelmi blinseile et Andree cullan duorum balliuorum dictj burgj ac datorum sasine annuorum Reddituum prenotatorum eidem capellano sunt appensa ix° die mensis Octobris Anno domini millesimo Quadringentesimo Octuagesimo Sexto Coram prouidis et honestis viris Alexandro Mar domino dauid Waus vicario de banff Iohanne Waus Alexandro Red Andrea branche gilberto Waus Dauid Menzeis seniore Willelmo kyntor gilberto chamer marco scot Burgensibus Alexandro de camera moricio bisset seriiandis ac domino Iohanne Stirueling Notario Publico &c

Summa huius capellanie cum primeua fundacione x marc vj d

XLVIII.

Fundatio Angusij adamsoun capellanis chori diuj nicolaij de abirdene ad altare Sancti michaelis in eadem ecclesia de xxxj solidis et octo denariis distribuendis per capellanum altaris sancti michaelis inter capellanos chorj diuj nicolaij de abirdene

OMNIBUS hanc Cartam visuris vel audituris Angusius adamesoun burgensis burgi de Abirdene salutem in domino sempiternam Sciatis me cum consensu et assensu carissimi mei nepotis Iohannis filij Iohannis adamesoun heredis mei apparentis dedisse concessisse assignasse et hac presenti carta mea confirmasse deo et beatissime marie virgini eius genitrici et omnibus sanctis ac altari beati michaelis archangeli situato in ecclesia parochiali beati nicolaij burgi predicti et capellano ibidem diuina celebranti et pro perpetuo celebraturo Vnum annuum redditum vigintiquinque solidorum vsualis monete leuandum et exiturum annuatim de quadam terra Iacente ex parte boreali vici castri dicti burgi inter terram Iohannis blak ex parte orientali ex parte vna et terram quondam Robertj de buchane ex parte occidentali ex parte altera Ac vnum annuum redditum sex solidorum et octo denariorum exiturum eciam annuatim de quadam terra Iacente in ly buthraw vicj furcarum dicti burgi inter terram Stephanj Iohnsoun ex parte australi ex parte vna et terram Iohannis de kyntor ex parte boreali ex parte altera quj annuj redditus predicti se extendunt ad summam triginta vnius solidorum et octo denariorum Tenendos et habendos et percipiendos

eisdem altari et capellano qui pro tempore fuerit in feodo et hereditate in imperpetuum libere quiete plenarie integre honorifice et in pace cum omnibus et singulis libertatibus commoditatibus et aisiamentis ac Iustis
fol. 34[2] pertinenciis quibuscunque ad dictos annuos Redditus spectantibus seu iustice spectare valentibus quomodolibet in futurum sine aliqua reuocacione uel reclamacione aut contradictione mei uel heredum meorum aut aliorum quorumcunque nomine nostro uel ex parte nostra inde quouismodo faciendis in futurum faciendus inde dictus capellanus qui pro tempore fuerit pro salute anime mee et animarum omnium parentum amicorum meorum ac omnium fidelium defunctorum duo trigintalia missarum pro viginti solidis annuorum reddituum predictorum per capellanos ecclesie predicte in tempore obitus siue anniuersarii mei annuatim celebrare Et pro vndecim solidis et octo denarijs Restantibus de annuis redditibus predictis vnam missam solennem quatuor candelis sereis honestis et sufficientibus quas idem Capellanus suis sumptis dabit et Inueniet ardentibus vt moris est in dicta ecclesia in eodem anniuersario pro animabus predictis annuatim celebrabit aut per alium ydoneum faciet celebrari ac eciam alias preces predictis fundet animabus annuis redditibus predictis consideratis prout voluerit in extremo tremendo Iudicio coram summo Iudice Respondere tantum pro omni alio seruicio secularj exactione uel demanda que de dictis annuis redditibus cum pertinenciis per quoscunque aliqualiter exigi poterint aut requirj Et ego vero Angusius prefatus et heredes mei et mei assignatj totos et integros predictos annuos redditus prelibatis altarj et capellano contra omnes mortales Warantizabimus acquietabimus et imperpetuum per omnia bona nostra mobilia et immobilia habita et habenda fideliter defendemus In cuius rei testimonium Sigillum meum presenti carte mee vnacum sigillo Iohannis de fife burgensis dicti burgj per prefatum Iohannem filium Iohannis adamesoun nepotis mei in testimonium sui consensus ob defectum proprij sigilli cum instantia debita procuratum est appensum Et ad maiorem euidenciam et securitatem Sigillum Willelmi scherar vnius balliuorum dicti burgi et datoris saisine et possessionis procuratorj eiusdem altaris de dictis annuis redditibus cum pertinenciis apponi presentibus cum instancia procuraui apud burgum predictum vicesimo tercio die mensis maij anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo Testibus gilberto menzes tunc preposito Iohanne Waus thoma kymedy duncano kymedy Iohanne de

mair Iuniore andrea ayncroft andrea branche thoma de craufurd Iohanne gray magistro Iohanne de cadiou notario publico et Willelmo atkynsoun sergeando cum multis et diuersis alijs

Hec est vera et indubitata copia carte originalis angusij adamesoun de xxxj solidorum et octo denariorum distribuendorum per capellanum altaris sancti michaelis secundum tenorem inter capellanos chori diuj nicolaij de abirdene nil ei addendo aut diminuendo quod facti substanciam immutet aut intellectum variat manu mea fideliter scripta per me magistrum Willelmum philipsoun sacris auctoribus papali et imperiali notarium publicum clericum abirdonensis dioceseos collacionata et auscultata et concordat cum sua originali de verbo in verbum quod attestor signo nomine et cognomine meis solitis et consuetis vnacum subscriptione manuali et cirographo meo huic copie apposito anno domini millesimo quingentesimo vicesimo sexto die vero mensis Iunij decimo octauo &c

Hic est scribae chirographum

XLIX.

Carta mathej Fechat

OMNIBUS hanc cartam visuris vel Audituris matheus fechat burgensis burgi de Abirdene salutem in domino sempiternam considerato quod omnes stabimus ante tribunal domini nostri Iesu christi prout in corpore gessimus siue bonum siue Malum fuerit Recepturi propter quod bonum est et expediens diem extreme messionis Operibus misericordie preuenire sic quod seminata in terris cum multiplicato fructu in celis colligere valeamus Noueritis me propteria pro augmentacione Cultus diuinj Intuitu caritatis pro salute Anime mee animarumque parentum meorum vxorumque mearum antecessorum et Successorum nostrorum et omnium fidelium defunctorum in honore et veneracione dej omnipotentis et gloriose virginis marie matris eiusdem et Sanctj michaelis archangeli et omnium sanctorum Ciuium celestium dedisse concessisse et hac presente carta mea confirmasse Iohannj colisone clerico filio secundario dauid colisoun burgensis burgj de Abirdenne omnes et singulos annuos Redditus terrarum infrascriptarum videlicet vnum annuum Redditum vigintj quatuor solidorum vsualis

fol. 35[1]
fundatio altaris diuj michælis

monete scocie exeuntem et leuandum annuatim de terra heredum quondam galfridj burnat Iacente in vico de gastraw ex parte occidentalj eiusdem vicj inter terram Andree cullane ex australj parte ex vna et terram Iohannis Robertj ex boreali parte ex altera Et vnum annuum Redditum octo solidorum de terra Andree chapman Iacente in vico superiore ecclesie prope torrentem molendinj dictj burgj inter terram Andree chapmann ex occidentalj parte ex vna et terram alexandrj howysoun versus oriens Item annuum Redditum sex solidorum et octo denariorum de alia terra ipsius Andree chapman in eodem vico Iacente inter terram dictj Andree versus oriens et terram Iohannis michaelis versus occidens Item vnum annuum Redditum quatuor solidorum de terra interiore heredum quondam Alexandrj sues deflexare Iacente in vico furcarum ex occidentalj parte eiusdem vicj inter terram dauid Colisoune ex borealj parte Et terram heredum Willelmi stephanj versus austrum terram Willelmi moir versus occidens Item vnum annuum Redditum quatuor solidorum de terra heredum Iohannis cope Iacente in dicto vico furcarum inter terram thome litstar ex boreali parte ex vna et terram heredum Iohannis de mar ex parte altera versus austrum Item vnum annuum redditum octo solidorum de terra Dauid Robertj Iacente in dicto vico furcarum ex occidentali parte eiusdem vicj inter terram Iohannis gillespy ex australi parte Et terram Ade Andree versus boream Item vnum annuum redditum trisdecim solidorum et quatuor denariorum de terra mea propria in qua Inhabito Iacente in dicto vico furcarum inter terram dictj Ade Andree versus austrum Et terram Andree murray versus boream Item annuum Redditum vigintj solidorum de alia terra mea Iacente in dicto vico furcarum ex occidentali parte eiusdem inter terram Andree galt ex australi parte Et terram Iohannis hugonis carnificis ex parte borealj Item vnum annuum Redditum duodecim solidorum de terra dictj Iohannis hugonis Iacente in dicto vico furcarum inter terram meam propriam versus austrum Et
fol. 35[2] terram Willelmi phillipj versus boream Item vnum annuum redditum de dicta terra Willelmi philippi duodecim solidorum in dicto vico furcarum inter terram dictj Iohannis hugonis carnificis versus austrum Et terram Willelmi Robertj versus boream Item de terra dictj Willelmi Robertj Iacente in dicto vico furcarum vnum annuum Redditum duodecim solidorum inter terram Willelmi phillippi versus austrum et oreum meum proprium versus boream Item vnum annuum redditum decem

solidorum de aliis duobus orreis meis Iacentibus ad finem dictj vici furcarum inter terram Willelmi Robertj versus austrum Et terram Willelmi vocat versus boream Item vnum annuum Redditum decem solidorum de aliis duobus orreis meis in dicto vico Iacentibus inter terram thome de camera versus boream Et terram Willelmi vocat versus austrum Item vnum annuum Redditum tredecim solidorum et quatuor denariorum de terra mea vocata le lochfold cum le kill Iacente in dicto vico furcarum inter terram thome de camera versus austrum et commoune lonyng versus boream Tenendos et habendos dictos annuos Redditus cum suis pertinenciis et preuilegiis quibuscunque prefato Iohanni colisoune seu cuicunque capellano ydoneo pro se seruienti ad altare sancti michaelis infra ecclesiam parochialem dictj burgj de Abirdene pro Anima mea et animabus omnium predictorum quotidie cum dispositus fuerit Quo deficiente altri filio dictj dauid colisoune procreato seu procreando inter ipsum et Agnetem fechat filiam meam et sponsam suam sed ei capellano ydoneo pro eo seruienti vt premittitur donec et quousque ad ordinem presbiteratus Canonice fuerit promotus Et sic consequenter donec et quousque dictus dauid et Agnes sponsa sua habeant filium inter se procreatum aut procreandum ad huiusmodi capellaniam seruiendum quj pro ceteris ad dictam capellaniam erunt preferendi faciendo capellanis qui pro tempore fuerint et sui Successores pro animabus nostris supradictis quotidie cum dispositi fuerint In missis et aliis obsequiis diuinis ad dictum altare Sanctj michaelis orationum suffragia deuotarum et in choro quotidie in solempnibus horis interesse et deseruire tenebitur Iure autem patronatus dicte Capellanie tociens quociens vacare contingerit ad presentacionem meam et Iohannis fechat filij mej et apparentis heredis quibus deficientibus dauid colisoun et heredibus suis Remanente libere disponendi Et si aliquj heredum meorum dictos annuos Redditus in toto aut in parte subtraxerit a dicto capellano liceat domino Episcopo qui pro tempore fuerit subtractorem auctoritate sua compellere in Anime sue periculum vsque ad plenam solucionem prosequj et distringere cum effectu Infringentes seu maligno infringere putantes nostram ordinacionem donacionem et concessionem Ac huiusmode Elimeosin confirmacionem autoritate domini nostri Iesu christj Crucifixj ac omnipotentis dej et Sancte matris ecclesie et quantum committitur humane Nature ad maledicendum maledicantur et illam malediccionem fol. 36[1]

quam pater habet sub sua potestate in filium mereri valeant recipere et possidere Et ego uero prefatus matheus fechat heredes mej et mei assignatj omnes et singulos annuos Redditus prenotatos in puram et perpetuam elimosinam datos et concessos prefato Iohannj collysoun et suis Successoribus capellanis ad dictum altare seruientibus in omnibus et per omnia ut premissum est contra omnes mortales varantizabimus acquietabimus Et Imperpetuum defendemus In Cuius Rei testimonium sigillum meum cum sigillis Iohannis de kintor vnius balliuorum dictj burgj ac datoris Sasine dictorum annuorum Reddituum prefato Iohanni Collisoun Nomine dictj altaris Communique Sigillo dictj burgj cum Sigillo Richardj de kintor tunc prepositj eiusdem burgj gratia testimonij sunt presentj carte appensa apud dictum burgum decimo Octauo die mensis Iulij Anno domini millesimo quadringentesimo Septuagesimo secundo testibus Richardo de kintor preposito Iohanne de kintor balliuo dauid collisoun altero balliuorum Iohanne mar Iohanne scrogis dauid symsoun Alexandro blinseill thoma litstar patricio baidienagh Adamo litstar thoma litstar burgensibus et duncano straloche sergeando cum multis aliis

Summa huius capellanie vij lib xvij s iiij d

L.

Fundatio altaris diui andree

OMNIBUS hanc cartam visuris vel audituris Iohannes de mar burgensis burgi de Abirdene Eternam in domino salutem Noueritis me pro salute anime mee animarumque parentum meorum antecessorum et successorum meorum et omnium fidelium defunctorum dedisse concessisse et assignasse omnipotentj deo et beatissime virgini marie et beato Andree apostolo et omnibus sanctis supernorum ciuium celestium omnes et singulos Redditus annuos infrascriptos vnj capellano ad altare sanctj Andree infra ecclesiam parochialem burgj de abirdene diuina celebrantj et pro perpetuo celebraturo videlicet vnum annuum Redditum trisdecim solidorum et quatuor denariorum exeuntem annuatim et leuandum de terra Alexandri howisone Iacente in vico furcarum eiusdem burgi inter terram Iohannis stephanj ex boriali parte et terram Iohannis patricij in monymusk ex australj parte Item vnum annuum

Redditum decem solidorum de terra Alexandri sauchar Iacente in eodem vico inter terram Willelmj blynsele ex australi parte et terram heredum quondam Iohannis Thome ex boriali parte Item vnum annuum Redditum de terra quondam eduardj top Iacente in eodem vico furcarum inter terram Thome litstar ex boriali parte ex vna et terram quondam Iohannis de maker sauchak ex australj parte septem solidorum annualis fol. 36[2]
Redditus Necnon Sex solidos annualis redditus de terra Alexandri de camera seriiandj Iacente in vico nauium inter terram Robertj ranisone et vxoris sue ex occidentalj parte ab vna et terram heredum quondam Iohannis rede fabrj ex boriali parte ex altera Item vnum annuum redditum septem solidorum Iacente in vico de le futhy exeuntem et leuandum de duabus terris quondam Alanj talzour inter terram quondam Willelmi menzes ex australi parte et terram Thome Andree versus boriam Necnon vnum annuum redditum quadraginta denariorum exeuntem annuatim et leuandum de terra Iohannis litster Iacente in vico virdj inter terras Iohannis mathej versus oriens et occidens Tenendos et habendos omnes et singulos annuos redditus prescriptos prefato capellano ad idem altare celebrantj et pro perpetuo celebraturo per me aut per filium meum Alexandrum de mar presentando et per heredes suos tociens quociens vacare contingerit cum omnibus et singulis libertatibus comoditatibus et aisiamentis ac Iustis suis pertinenciis quibuscunque ad dictos annuos redditus spectantibus seu Iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum adeo libere quiete plenarie Integre bene et in pace sicut aliquj annuj redditus infra dictum burgum pro agmentacione cultus diuinj dantur et assignantur sine reuocacione aliquali De quibus quidem annuis redditibus saisinam et possessionem successoriam dicto Alexandro mar filio meo nominato et ex parte ecclesie ac altaris antedictj tradj feci corporalis per balliuum subscriptum Reseruato Iure patronatus dictorum annuorum Reddituum prefato Alexandro et heredibus suis ad perpetuam rej memoriam duraturo Faciendus Inde dictus capellanus et suj successores pro anima mea et animabus omnium predictorum oracionum suffragia deuotarum In Cuius rej testimonium Sigillum meum vnacum sigillo honorabilis virj Thome de fyfe vnius balliuorum burgi de Abirdene huic presentj carte mee sunt Appensa apud dictum burgum decimo die mensis Augustj anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo tercio Presentibus Ibidem honorabilibus viris Thoma de fyfe

balliuo antedicto ac datore saisine annuorum Reddituum prescriptorum Thoma branche Iohanne balcromy Alexandro fraser in futhy phillippo dunbrek et Iohanne Waus seniore duobus seriandorum cum diuersis aliis

Summa huius xlvj s viij d

LI.

Rentale altaris Sanctj stephanj

IN primis vna terra Iacens in vico furcarum fundata per quondam stephanum de balroin xl s Et de alia terra vj merkis que est totaliter vasta Item de terra vasta quondam Ingeramj bannerman in futy vj s viij d Item de terra Robertj murray in vico furcarum xiij s iiij d Item de terra quondam Willelmi nory penitus vasta vj s viij d Item de terra quondam mathej Wricht in le gastraw xiij s iiij d Item de crofto Willelmi murray ij s

Summa huius x mercis inde integrum tenementum deficit ad terram prosternitur et vastum est ad valorem vj merkis Et In futy vj s viij d vastum et de terra Willelmi nory vj s viij d vastum

LII.

fol. 37[1]

Fundatio altaris Sancti Andree Apostoli

OMNIBUS hanc Cartam visuris uel audituris Recardus de ruderfurd burgensis burgi de abirden salutem in domino sempiternam Sciatis me diuine caritatis intuitu et pro salute anime mee et mariote sponse mee parentum et antecessorum ac prolium et successorum nostrorum et omnium fidelium defunctorum dedisse concessisse ac presenti carta mea assignasse Deo et beate marie virgini ac omnibus sanctis et specialiter beato andree apostolo ad altare eiusdem cituato in ecclesia parochiali beati nycholaii burgi predicti ac capellano ibidem diuina celibranti et perpetuo celibraturo omnes et singulos annuos redditus inffra scriptos videlicet vnum annuum redditum viginti solidorum leuandum annuatim de quadam terra mea Iacente infra burgum predictum in vico quo Itur versus domum fratrum beate trinitatis eiusdem burgj ex parte boreali eiusdem inter terram vilhelmi vocat ex parte orientali ex vna et terram domini vilhelmi Roiss capellani ex

parte occidentali partibus ab altera vnum annuum redditum viginti solidorum de quadam terra Iacente In vico nauium ex parte orientali eiusdem inter terram que fuit quondam Iohannis champane ex boreali parte et terram quondam galfridj Ranfrew aurifabri ex parte australi vnum annuum redditum quatuor solidorum de quadam terra mea Iacente in vico de futy inter terram symonis blabyr ex parte boreali et communem venellam ex parte australi et de duabus perticatis terre Iacentibus in territorió croftorum eiusdem burgi ex parte orientali vie communis qua itur versus ecclesiam cathedralem abirdonensem prout se extendit a dicta via versus occidens ad le galowhillis versus oriens inter croftum Walteri vmfrasene ex parte boreali ex vna et croftum fratrum predicatorum eiusdem burgi ex parte australi partibus ab altera vnum annuum redditum sex solidorum de quadam terra Iacente infra dictum burgum in ly new raw vici furcarum inter terram andree maior ex parte boreali ex vna et terram domini Andree filii Iohannis andersone capellani ex parte australi partibus ex altera duodecim solidos annui redditus et vnum annuum redditum triginta quinque solidorum vsualis monete scotie leuandum annuatim de meis octo decim perticatis terre Iacentibus in territorio burgi de Kintor tenendos et habendos et percipendos omnes et singulos annuos redditus supra dictos cum pertinenciis prefato altari beati andree apostoli et capellano ibidem diuina celibranti et pro per- fol. 37[2]
petuo celibraturo In puram elimosinam imperpetuum cum omnibus et singulis libertatibus comoditatibus et asiamentis ac Iustis pertinenciis quibuscunque ad dictos annuos redditus cum pertinenciis spectantibus seu iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum adeo libere quiete plenarie integre honorifice et in pace in omnibus et per omnia sicut aliqua elimosina dari poterit vel concedi faciendus inde dictus capellanus qui pro tempore fuerit pro animabus nostris predictis oracionum suffragia deuotarum tantum pro omni alio seruicio seculari exactione uel demanda que de predictis annuis redditibus cum pertinenciis aliqualiter exigi poterit aut requiri Et ego vero prefatus recardus heredes mej et mej assignati omnes et singulos annuos redditus super predictos cum pertinenciis contra omnes mortales varantizabimus aquietabimus et imperpetuum defendemus Iure vero presentandj seu patronatus dicte capellanie michi et mariote sponse mee nostrumque diutius viuenti et post obitum nostrum carissimo consanguineo nostro andree ruderfurd et heredibus suis reseruato et saluo remanente

imperpetuum Dum tamen Idem Andreas et heredes sui eidem capellanie cum vacauerit infra duorum mensium spatium ydoneum presentauerit capellanum quod si facere neclexerit vel neclexerint elapsis dictis diebus volumus quod presentacio eiusdem capellanie ad prepositum et consules eiusdem burgi illa vice duntaxat pleno uire deuoluatur In cuius rei testimonium sigillum meum presenti carte mee est appensum et ad maiorem huius rej euidenciam et testimonium sigilla prouidorum virorum patricii de badzenocht et dauid de camera duorum balliuorum predictorum burgorum de Abirden et de kintor Ac datorum Sasine prefato altari et capellano eiusdem de predictis annuis redditibus cum pertinenciis apponi presentibus cum instancia procuraui apud burgum predictum xii° die mensis februarii anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo testibus honorabilibus et prouidis viris Iohanne de scroggis filio tunc preposito Iohanne fiff gilberto menzeis Iohanne de scroggis patre Iohanne de mar andrea ancroft andrea allansoune Iohanne stevounsoune burgensibus dicti burgi de abirden Iohanne de spens et alexandro andersoune duobus serjiandorum eiusdem burgi et magistro Iohanne cadiou notario publico

Summa huius iiij lib xij s vj d

Hic est scribae chirographum

HEC est vera copia fundacionis capellanie predicte concordans cum suo principalj in omnibus collacionata per nos notarios publicos subscriptos nil personaliter mutato que substantiam rei mutare potest sexto die mensis decembris anno domini millesimo quingentesimo vicesimo Secundo Indictione vndecima pontificatus sanctissimj in christo patris ac dominj dominj nostrj Adrianj pape sextj anno primo coram his testibus domino roberto hay et Iohanne Salmon capellano

Ita est robertus rust notarius publicus manu propria

Iohannes galloay notarius publicus manu propria

LIII.

fol. 38[1]

Fundacio altaris Sancti saluatoris per Andream murray burgensem de Abirdene

OMNIBUS hanc Cartam visuris vel audituris Andreas Murray Senior Burgensis burgi de abirdene eternam in domino salutem Noueritis

me In augmentum diuini cultus honorem dei omnipotentis Beatissime virginis marie sancti saluatoris ac omnium sanctorum pro salute anime mee animarum parentum vxorum antecessorum meorum successorum benefactorum et omnium fidelium defunctorum Et signanter pro animabus Illorum quorum aliqua bona minusiuste habui seu adeptus fuj dedisse concessisse Et hac presenti carta mea Confirmasse deo omnipotenti gloriosissime virgini Marie sancto saluatorj et omnibus sanctis ac altari sancti saluatoris In ecclesia beati Nicholai de abirdene situato ac domino Iohanni chaumer Capellanno meo perpetuo et successoribus suis presbiteris omnes et singulos Annuos Redditus meos subscriptos cum summis eorundem leuandos vsualis monete Regni Scocie Iacentes infra dictum burgum de fundis terrarum subsequentibus videlicet vnum Annuum Reditum vigintj solidorum de terra Wilhelmj murref Iacente in vico castri ex australi parte eiusdem vici Inter terram Iohannis malisone ex orientali parte ex vna et terram quondam Mordaci glenmalvyne ex occidentali partibus ex altera vnum Annuum redditum quindecim solidorum de terra Alexandri Watson Iacente ex boriali parte eiusdem vici Inter terram Roberti blyndsele ex orientali et terram Andree littister ex occidentali vnum Annuum Redditum decim solidorum de terra Wilhelmi Nicholson in eodem vico inter terram Wilhelmi bynne Ex orientali ex vna et terram quondam Raynaldi Talzour ex occidentali vnum annuum Redditum octodecim solidorum de terra quondam Iohannis scherar extra portam borialem vici castri Inter terram Symonis gardin ex orientali et communem viam Regiam ex occidentali vnum Annuum redditum quinque solidorum de terra Iohannis lammyntoune in futy inter terram Thome glenmalvyne ex australi et quemdam ortum vastum ex boreali vnum Annuum Redditum decem solidorum de terra symonis gardin Iacente in vico nauium Ex occidentali parte eiusdem inter terram Iohannis fychat ex australi et terram quondam Iohannis menzes ex boreali vnum Annuum Redditum sex solidorum octo denariorum de terra Andree branche Iacente In vico nauium ex orientali parte eiusdem inter terram Iacobi kyntor ex orientali et communes vias regias ex occidentali vnum annuum Redditum tresdecim solidorum et quatuor denariorum de tota et Integra terra Iohannis Andree Iacente in vico castri inter terram sancti sebastiani ex occidentali et communes vias regias ex occidentali et boriali partibus et terras Alexandri Mar et gylberti Waus de many

8 Maij 1604 Productum in modum probacionis contra alexandrum home Robertson

now gilbert scherar xv s obtenit

x s obtenit payment ye airs x s Iohn bythe

vj s viij d obtenit on payment thome smythe for androw braynche land

versus austrum vnum Annuum Redditum decem solidorum de terra Wilhelmi buchane Iacente in vico superiori ecclesie ex boriali parte eiusdem vici inter terram quondam Iohannis stokar ex boreali et terram quondam Wilhelmi scherar ex occidentali partibus ex altera vnum Annuum Redditum duarum marcarum de crofto Alexandri mar Iacente in territorio croftorum de rubbislaw le braid croft vocato inter croftum margarete fychat ex occidentali et croftum pertinentem heredibus Richardi kyntor ex orientali partibus ab altera Quosquidem annuos Redditus prescriptos ex proprio meo conquestu emi Tenendos et habendos omnes et singulos Annuos Redditus antedictos cum suis Iuribus et pertinenciis dicto domino Iohanni Capellano meo et suis successoribus capellanis pro perpetuis eiusdem a mea et heredibus meis In puram et perpetuam elimosinam imperpetuum Cum omni Iure et Iuris clameo ac cum omnibus et singulis libertatibus commoditatibus et asiamentis ac Iustis suis pertinenciis quibuscumque ad dictos Annuos Redditus cum pertinenciis spectantibus seu Iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum adeo libere plenarie integre honorifice bene et in pace in omnibus et per omnia sicut aliqui Annui Redditus in puram et perpetuam elimosinam ecclesie et capellano deseruienti infra regnum scocie dantur conceduntur aut possidentur sine reuocacione reclamacione aut contradiccione aliquali mei heredum meorum assignatorum aut aliorum quorumcunque Faciendo ac celebrando Inde dictus capellanus et sui successores capellani perpetui
fol. 38 [2] eiusdem Capellanie seruicia et suffragia diuina solita et consueta sacerdoti Incumbencia ad dictum altare pro salute anime mee animarum parentum vxorum antecessorum successorum meorum benefactorum eorum a quibus aliqua bona minus Iuste habui Ac omnium fidelium defunctorum Et decorantes chorum in habitu decenti dominicis et maioribus Duplicibus festis tantum pro omni alio seruicio exaccione seu demanda Item volo quod capellanus istius capellanie personaliter resideat infra dictum burgum de abirdene eidem capellanie seruiens Et si in personali residencia defecerit Tunc licitum erit michi heredibus meis masculis de huiusmodi capellania alteri capellano ydoneo prouidere pro nostre libito voluntatis Iure vero patronatus Dicte capellanie michi et heredibus meis masculis legittimis propinquioribus temporibus futuris reseruato hoc nomen murray gerentibus Et si contingat dictum capellanum deficere In diuinis seruiciis ad dictum altare per quadraginta dies continuos nisi sit causa egritudinis aut peregrinacionis infra Regnum et extra aut alia

causa legittima nisi licenciam optineat a me aut patrono pro tempore licitum erit michi et heredibus meis masculis De eadem capellania patronis de eadem capellania capellano ydonio absque quocunque Impedimento pro nostre libito voluntatis Disponere Insuper si aliquis heredum meorum aut assignatorum predictos Annuos Redditos in toto vel in parte a prefato capellano aut suis successoribus sub traxerit vel detinuerit tunc licitum erit dicto capellano conqueri domino episcopo abirdonensi pro tempore ac sue priuitati supplicare pro iusticie complemento et sua auctoritate compellere Disobedientes in responsione Annuorum reddituum et ad censuras ecclesie vlterius procedere qui capellano predicto aut suis successoribus obsistant ad plenariam solucionem Dictorum Annuorum Reddituum faciendam et distringere vt moris est Annuorum Reddituum cum effectu Et ego vero dictus andreas murray heredes mei et assignati predictos annuos Redditus cum suis pertinenciis prefato capellano meo pro toto tempore vite sue et suis successoribus capellanis perpetuis eiusdem in omnibus et per omnia vt premissum est per omnes terras et possessiones nostras contra omnes mortales warantizabimus et imperpetuum defendemus In cuius Rei testimonium huic presenti carte mee sigillum meum vnacum sigillo heredis mei apparentis dauid murray In signum sui beniuoli consensus ad tale caritatiuum opus pro me ipso et omnibus christifidelibus vt prefertur consentientibus et in maius robur sigilla venerabilis et egregij viri magistri Andree kelle thesaurarii ac Officialis abirdonensis sui officii cum sigillo honesti viri Roberti culane burgensis de abirdene ac vnius balliuorum dicti burgi procurata presentibus sunt appensa apud abirdene vndecimo die mensis aprilis Anno domini millesimo quadringentesimo Nonagesimo septimo Coram honestis et discretis viris domino Iohanne fentone Willelmo murref Iohanne murref Alexandro gregori et roberto gothra et matheo pacok notario publico cum diuersis aliis

Summa huius vj lib xiiij s viij d

LIV.

OMNIBUS hanc Cartam visuris vel audituris Andreas murray burgensis burgi de Abirdene Eternam in domino Salutem Noueritis me in honorem Dei omnipotentis Sancti saluatoris beatissime virginis marie et omnium sanctorum pro salute anime mee animarum quondam fol. 39[1]

agnetis nicholsoun sponse mee parentum benefactorum et omnium fidelium defunctorum dedisse concessisse et hac presenti carta mea confirmasse discreto viro domino Iohannj chavmer capellano meo perpetuo altaris sancti saluatoris per me fundato in ecclesia parochiali dicti burgi annuos redditus meos subscriptos videlicet vnum annuum redditum decim solidorum et octo denariorum annuatim leuandum de tota et integra terra dauid kyntor Iacente infra dictum burgum in vico castri ex boreali parte eiusdem vici inter terram quondam Ranaldi talzeour ex orientali ex vna et terram Iohannis Rattre ex occidentali partibus ab altera et communes vias regias versus austrum et boriam Et alium annuum redditum decim solidorum annuatim exeuntem de terra tofto et crofto quondam alexandri fyndelaw carnificis Iacentibus in futy inter terram dicti alexandri ex australi ex vna et terram quondam Iohannis gallouay ex boriali partibus ab altera extendentem in longitudine ad le lynkis versus oriens et communem viam regiam versus occidens in augmentum Capellanie mee ad dictum altare denuo fundate TENENDOS et habendos totos et integros dictos duos annuos redditus cum suis pertinenciis prefato capellano et suis successoribus capellanis perpetuis Dicti altaris a me et heredibus meis in puram et perpetuam elymosinam Imperpetuum Cum omni Iure et Iuris clameo ac cum omnibus et singulis libertatibus commoditatibus et asiamentis ac Iustis suis pertinenciis quibuscunque ad dictos annuos redditus cum pertinenciis spectantibus seu Iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum Ac capiendos annuatim et leuandos De Dictis terris cum pertinenciis ad duos anni terminos vsuales pentecostes videlicet et Sanctj martinj in yeme per equales porciones et cum libera potestate dictas terras inhabitantes easdem et sua bona ad manus proprias pro huiusmodi annuis redditibus namare et distringere tociens quociens opus fuerit sine quocunque Iuris ministro Adeo libere plenarie integre honorifice bene et in pace in omnibus et per omnia sicut aliquis annuus redditus ecclesie in puram et perpetuam elymosinam infra dictum burgum datur Conceditur aut possidetur sine reuocacione reclamacione aut contradictione aliquali mea heredum meorum assignatorum aut aliorum quorumcunque Faciendus inde dictus dominus Iohannes et suj successores capellani perpetui eiusdem capellanie diuina suffragia pro salute animarum in fundacione mea expressatarum ad dictum altare debita et consueta tantum pro omnj alio seruicio quod de predictis annuis redditibus

aliqualiter exigi poterit aut requirj Et ego vero dictus Andreas heredes mei et assignati totos et integros annuos redditus prelibatos cum suis pertinenciis prefato domino Iohanni et suis Successoribus in omnibus et per omnia vt premissum est per omnes terras ac possessiones nostras contra omnes mortales varantizabimus acquietabimus et Imperpetuum defendemus In cuius rei testimonium huic presentj Carte mee Sigillum meum et Sigillum honorabilis viri patricij leslie vnius balliuorum dicti burgi ac Datoris sasine huiusmodi annuj redditus sunt appensa Apud Abirdene quarto die mensis Iunij Anno domini millesimo quingentesimo quinto Coram famosis viris domino dauid liell Waltero Wischeart Roberto pip Willelmo nicholsoune Iohanne matlande burgensibus Andrea Nauchti Sergeando domino Iohanne Stirueling Notario publico vna cum sigillo Dauid murray filij mei et heredis apparentis in signum sui consensus et assensus Insuper dictus dominus Iohannes et sui Successores inuenient vnam lampidem ardentem et alia luminaria ad prefatum altare perpetuis temporibus futuris vt moris est ad alia alteria fundata in dicta ecclesia

Summa huius xx s . . .

LV.

10 *merkis fundat zeirlie be the Laird of Drum to the Cheplan of Sanct Ninianes altar* fol. 39 [a]

ALEXANDER Iruyne de drum miles dilectis meis Alexandro de Iruyne de beldeis et thome smytht balliuis meis in hac parte salutem quia dedi et concessi deo et beate marie virginj ac beato Niniano confessori glorioso et omnibus sanctis necnon vni capellano diuina celebranti et pro perpetuo celibraturo ad altare eiusdem beatj ninianj situatum in ecclesia parochiali beatj nicholaij burgj de Abirdenne vnum annuum Redditum decim mercarum cum pertinenciis leuandum de terris meis de ly park de drum et de bodaracht cum pertinenciis prout in carta desuper confecta plenius continetur ad quam capellaniam cum pertinenciis discretum virum dominum Iohannem de camera capellanum glasguensis dioceseos presentauimus quem tenore presencium presentamus Vobis Igitur et vestrum alterj super execucione presencium requisito precipio atque mando quatenus dicto domino Iohannj vel suo certo acturnato latorj presencium Sasinam et possessionem dictj annuj

redditus Cum pertinenciis secundum tenorem dicte carte inde confecte sibi et successoribus suis Imperpetuum Remansuris Iuste haberi faciatis Et sine dilacione super qua Sasina per vos sic ut premittitur per vos liberanda vobis et vestrum alterj meam plenam committo potestatem per presentes quibus in signum Sasine per vos tradite sigillum vestrum post meum appendatur Datum sub Sigillo meo apud kinharrochy xxix° die mensis Nouembris Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto testibus Alexandro Iruyne de beldeis Alexandro bewmond et thoma henricj Cum Diuersis aliis &c

LVI.

fol. 40[1] *Carta magistri Alexandrj bisset*

OMNIBUS hanc cartam visuris vel Audituris Curatus et capellanj Chori ecclesie perrochialis burgj de Abirdenne Eternam in domino salutem noueritis nos vnanimi consensu et assensu vtilitate nostra in hac parte vndeque preuisa et diligenter considerata dedisse concessisse ad feodifirmam dimisisse et hac presentj carta nostra confirmasse nostro dilecto confratrj magistro Alexandro bisset capellano perpetuo altaris Sanctj Sanguinis infra eandem situati totam et integram terram nostram Interiorem cum suis pertinenciis Iacentem infra dictum burgum in vico superiore ecclesie ex boreali parte eiusdem vici inter terram Agnetis stirueling ex orientali ex vna et terram quondam Wilhelmj scherar ex occidentali partibus ab altera Et terram margarete buchane versus austrum extendentem in longitudine ad aqueductum molendinorum versus boream Tenendam et habendam totam et integram dictam terram cum suis pertinenciis prefato magistro Alexandro pro toto tempore vite sue Et consequenter murielle prat matrj sue quibus deficientibus thome bisset fratrj suo germano pro toto tempore vite sue et Iohannj bisset et georgio bisset eorumque diucius viventi filiis dictj thome in libero burgagio quibus deficientibus nobis Iterum Reuertendam Cum Omnibus Et singulis libertatibus Commoditatibus et asiamentis ac Iustis suis pertinenciis quibuscunque ad dictam terram cum pertinenciis spectantibus seu Iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum Adeo libere plenarie Integre honorifice bene et in pace in omnibus et per omnia sicut aliqua terra infra dictum burgum ad feodifirmam datur Conceditur

aut possidetur sine Reuocacione aut contradiccione aliquali nostri aut Successorum nostrorum Faciendi inde annuatim dictj magister Alexander muriella thomas Iohannes et georgius eorum diucius viuentes Suppremo domino nostro regj seruicium burgagium de dicta terra debitum et consuetum quantum pertinet ad eandem Ac Reddendo capellano perpetuo altaris beatj elegij in dicta ecclesia fundati vnum annuum Redditum quinque solidorum et sex denariorum Ac nobis et Successoribus nostris quatuor solidorum vsualis monete scocie Ad duos annj terminos vsuales penticostes videlicet et Sanctj martinj in yeme per equales porciones nomine feodifirme Tantum pro omni alio seruicio secularj exaccione seu demanda quo de predicta terra Interiore cum suis pertinenciis aliqualiter exigj poterit aut Requirj Et nos vero dictj curatus et capellani ac Successores nostri totam et integram terram interiorem prenotatam cum suis pertinenciis prefatis magistro Alexandro murielle matri sue thome bisset Iohanne bisset et georgio bisset eorum diucius viventibus in omnibus et per omnia ut premissum est per omnes terras ac possessiones nostras contra omnes mortales varantizabimus acquietabimus et Imperpetuum Defendemus In cuius Rej testimonium huic presentj carte nostre Sigillum nostrum commune et Sigillum honorabilis virj thome leslie vnius balliuorum dictj burgj ac datoris Sasine huiusmodi terre sunt appensa apud Abirdene quarto die mensis Maij Anno dominj millesimo quingentesimo tercio Coram Discretis et famosis viris magistro thoma chamer georgio bisset dominis Wilhelmo crukschank et Wilhelmo andersone capellanis patricio Ross Iohanne paule Iohanne cuk sergeando Et domino Iohanne Stirueling notario publico &c

LVII.

Fundacio dominj Iohannis prat capellani Altaris sanctorum thome apostoli et georgei martiris de annuo redditu decim solidorum sequente fol. 40[2]

OMNIBUS hanc cartam visuris vel audituris Dominus Iohannes prat capellanus altarium sancte crucis ac beatorum thome apostoli et georgei martiris infra ecclesiam parochialem sancti nicholaij de Aberdene situatorum Eternam in domino salutem Cum omnes stabimus ante tribunal domini nostri ihesu christi siue bonum siue malum fuerit recepturi prout in corpore gessimus Igitur diem extremi iudicij ex-

pediens est operibus misericordie preuenire ut seminata in terris multiplici fructu colligamus in celis Vnde Noueritis me in honorem dei omnipotentis beatissime virginis marie ac omnium sanctorum dedisse concessisse assignasse et hac presenti carta mea confirmasse deo gloriosissime virginj marie et omnibus sanctis Ac capellanis senioribus et dignioribus chori dicte ecclesie perrochialis ac personis subscriptis totum et integrum illum annuum redditum decim solidorum vsualis monete scocie annuatim leuandum de tota et integra terra tam anteriore quam interiore Alexandri couper Iacente infra dictum burgum in vico nauium ex occidentali parte eiusdem vicj inter terram Roberti blinseill ex vna et terram quondam patricij clerk ex boreali partibus ab altera et communem viam regiam versus oriens et montem sancte katherine virginis versus occidens pro anniuersario et aliis diuinis suffragiis pro anima mea et animabus parentum meorum benefactorum et omnium fidelium defunctorum TENENDUM et habendum totum et integrum dictum annuum redditum cum suis pertinenciis prefatis capellanis et personis subscriptis et suis successoribus a me et heredibus meis In puram et perpetuam Elimosinam Imperpetuum Cum omni Iure et Iuris clameo Ac cum omnibus et singulis libertatibus commoditatibus et asiamentis ac iustis suis pertinenciis quibuscunque ad dictum annuum redditum cum pertinenciis spectantibus seu Iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum Adeo libere plenarie integre honorifice bene et in pace in omnibus et per omnia sicut aliquis annuus redditus infra Dictum burgum aut extra in puram et perpetuam Elimosinam datur conceditur aut possideter sine Reuocacione reclamacione aut contradictione aliquali mei heredum meorum aut aliorum quorumcunque Ac capiendum et leuandum annuatim per collectorem generalem dictorum capellanorum collegij nostri de Abirdene Ad duos annj terminos vsuales pentichostes videlicet et sanctj martinj in yeme per equales porciones Ad distribuendum in hunc modum qui sequitur videlicet preconi dictj burgj annuatim duos denarios in nocte precedente anniuersarium meum ad circumeundum burgum ad orandum pro anima mea et animarum predictarum Pro locacione et situacione tabule detentis super monimentum meum pro Cera ad anniuersarium meum annuatim trisdecim denarios vni Capellano de senioribus ecclesie quatuor denarios pro celebracione exequiarum pro defunctis pro salute anime mee et animarum predictarum Sacriste dicte ecclesie pro pulsacione campanarum ecclesie ad

dictum anniuersarium trina vice sex denarios annuatim Trisdecim capellanis condignioribus dictj collegij qui pro tempore presentes fuerint et duobus clericis de choro sex solidos et decim denarios pro celebracione annuatim vnius misse de nota die obitus mej Et duodecim missarum in ebdomeda Inde sequente et pauperibus siue scolaribus eodem die trisdecim denarios Faciendo et celebrando annuatim dictj capellani et collector dictum anniuersarium meum die obitus mei ad altare beatorum Thome Apostoli et georgei martiris in dicta ecclesia situatum Et prefatus preco et sacrista officia sua singulis annis perpetuis temporibus duraturis in modo forma et effectu in omnibus et per omnia ut premissum est pro salute anime mee animarum parentum meorum benefactorum et omnium fidelium defunctorum tantum pro omni alio seruicio secularj exactione seu demanda que de predicto annuo redditu cum pertinenciis Aliqualiter exigj poterit aut requirj Et ego vero dictus dominus Iohannes heredes mej et assignati totum et integrum annuum redditum prenotatum cum suis pertinenciis prefatis Capellanis et personis et suis successoribus in omnibus et per omnia ut premissum est per omnes terras ac possessiones meas Contra omnes mortales varantizabimus acquietabimus et Imperpetuum Defendemus IN CUIUS rej testimonium huic presenti Carte mee sigillum meum et Sigillum prouidj virj Iohannis Ratre vnius balliuorum dictj burgi ac datoris fol. 41[1] sasine huiusmodi annuj Redditus sunt appensa Apud Abirdenn vicesimo tercio die mensis decembris Anno domini millesimo quingentesimo Tercio Coram honorabilibus et famosis viris Iohanne Wormet matheo branche Iohanne balcromy Iuniore thoma Storonye burgensibus et Incolis dictj burgj Willelmo scrimgeour Andrea nachti sergeandis Et domino Iohanne Stirueling capellano ac Notario publico

LVIII.

Fundacio dominj Andree Coupar capellanj altaris sancti martinj infra ecclesiam parochialem beati nicholaij fundati de annuo redditu vigintj solidorum sequente

OMNIBUS hanc Cartam visuris vel audituris Dominus Andreas coupar Capellanus Eternam in domino salutem Cum omnes stabimus ante tribunal domini nostrj Iesu Christi siue bonum siue malum

fuerit recepturi prout in presentj seculo meruimus Igitur diem extremi Iudicij expediens est operibus misericordie preuenire vt seminata in terris multiplicj fructu colligamus in celis Vnde Noueritis me in Augmentum diuini cultus honorem dej omnipotentis beatissime virginis marie sanctorum Nicholaij martinj katherine et omnium sanctorum pro salute anime mee anime quondam Willelmi coupar patris mee [*sic*] et Agnetis coupar matris mee Animarum parentum nostrorum benefactorum eorum a quibus aliqua bona minusiuste habuj et omnium fidelium defunctorum dedisse concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Capellano perpetuo altaris beati martinj infra ecclesiam parochialem dicti burgi fundati per quondam bone memorie venerabilem virum magistrum Thomam Waus precentorem morauiensem vnum annuum redditum vigintj solidorum vsualis monete scocie annuatim leuandum et exeuntem De tota et integra terra Iohannis lowe fabri Iacente infra dictum burgum in superiore parte vici inferioris ecclesie ex orientali parte eiusdem vicj inter communes vias Regias versus boream et austrum et terram quondam Willelmi coupar patris mej versus occidens TENENDUM ET HABENDUM Totum et Integrum dictum annuum redditum vigintj solidorum cum suis pertinenciis prefato capellano et suis successoribus capellanis dictj altaris a me et heredibus meis de suppremo domino nostro rege in puram et perpetuam elimosinam Imperpetuum Cum omni Iure et Iuris clameo Ac cum omnibus et singulis libertatibus commoditatibus et asiamentis ac iustis suis pertinenciis quibuscunque ad dictum annuum redditum cum pertinenciis spectantibus seu Iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum Ac capiendum annuatim et leuandum de tota et integra terra prenotata cum suis pertinenciis ad duos annj terminos vsuales pentecostes videlicet et Sanctj martinj in yeme per equales porciones Ac cum libera potestate huiusmodi terram et Inhabitantes eandem et sua bona ad manus proprias sine quocunque Iuris ministro Namandi et Distringendi Adeo libere plenarie integre honorifice bene et in pace in omnibus et per omnia sicut aliquis annuus redditus in puram et perpetuam elimosinam ecclesie datur conceditur aut possidetur infra Regnum scocie sine reuocacione reclamacione aut contradictione aliquali mej heredum meorum aut aliorum quorumcunque INSUPER Noueritis me dedisse concessisse et hac presentj carta mea confirmasse dicto capellano perpetuo altaris sanctj martinj vnum annuum redditum

vigintj solidorum vsualis monete scocie annuatim leuandum de domo mea siue terra superiore et subteriore Iacente contigue inter terram prenotatam Iohannis lowe ex australi et communes vias regias ex boreali et orientali partibus in specialem varantum dicti annuj redditus prioris casu quo contigerit eandem terram nostram distringebilem fore pro solucione annuj redditus prelibati TENENDUM et habendum fol. 41a
totum et Integrum dictum annuum redditum vigintj solidorum cum suis pertinenciis prefato capellano et suis Successoribus capellanis dictj altaris a me et heredibus meis de suppremo domino nostro rege Imperpetuum in puram et perpetuam elimosinam Cum omni Iure et Iuris clameo Ac cum omnibus et singuli libertatibus comoditatibus et asiamentis ac Iustis suis pertinenciis quibuscunque ADEO LIBERE plenarie Integre honorifice bene et in pace in omnibus et per omnia sicut aliquis annuus redditus in specialem varantum alterius annuj redditus ecclesie datur conceditur aut possidetur sine reuocacione reclamacione aut contradictione aliquali mej heredum meorum aut aliorum quorumcunque CELEBRANDUS annuatim dictus capellanus et sui Successores pro salute Anime mee et animarum predictarum ac omnium fidelium defunctorum Diuina suffragia ad prefatum altare pro dimidietate huiusmodi annuj redditus Et pro altera dimidietate anniuersarium meum celebrare faciet in hunc modum videlicet preconem communem per totum burgum circumire faciet annuatim in proximo sabato post decessum meum Ac vnam missam de nota in dominica inde sequente per duodecim capellanos seniores dicti chori Annuatim celebrare faciet cum ceteris missis priuatis per omnes capellanos chori per ebdomitam inde sequentem Tabulam super monimentum meum locabit Idem pallio decenti cooperiet et luminaria reperiet singulis annis perpetuis futuris pro salute Anime mee et animarum dictarum Tantum pro omni alio seruicio secularj exaccione seu demanda que de predicto annuo redditu cum pertinenciis aliqualiter exigi poterit aut Requirj Reseruato tamen libero tenemento eiusdem michi pro toto tempore vite mee Et si contigerit dictum capellanum altaris sanctj martinj qui pro tempore fuerit deficere a premissis aut aliquo premissorum Circa dictum anniuersarium tunc licebit capellanis dicti chori totum et Integrum annuum redditum prelibatum vigintj solidorum ad manus suas proprias leuare hoc anno et anniuersarium meum vt premittitur celebrare et orare pro salute anime mee et animarum predictarum Insuper licitum michj erit

dictum annuum redditum ad vsum proprium meum applicare si contigerit me alium annuum redditum vigintj solidorum in loco distringibiliore dicto capellano prouidere et in eodem infeodarj IN CUIUS Rej testimonium huic presentj carte mee Sigillum meum et Sigillum honorabilis viri thome wod vnius balliuorum dicti burgi ac datoris Sasine huiusmodi annuj redditus sunt appensa apud Abirdene quarto die mensis nouembris anno domini millesimo quingentesimo sexto Coram prouidis et honestis viris alexandro malisone Andrea low Andrea gordoun Dauid coupar domino Willelmo coupar Willelmo scrimgeour Andrea Nauchtj Iohanne cuk sergeandis Et domino Iohanne Stirueling Notario publico

LIX.

fol. 42[1] *Fundacio altaris sanctorum Laurencij et Ninianj fundati per quondam bone memorie Willelmum de leitht de bernys*

IN primis de terra quondam Iohannis Blabir nunc pertinente Iohannj blak Iacente in vico furcarum ex occidentali parte vici inferioris ecclesie inter terram quondam Willelmi Andree Iacobi ex australi ex vna et communem viam regiam ex boreali et terram quondam Willelmi sprvnt nunc pertinente gilberto Tulideff reddendo inde eidem altari annuatim sexdecim solidos

Item de terra quondam Symonis blabir nunc Iohanni Colisone pertinente Iacente in eodem vico ex occidentali parte eiusdem inter terram quondam Roberti Blinseile nunc heredibus suis pertinente ex boreali ex vna et communes vias regias ex orientali et occidentali partibus ab altera Reddendo inde annuatim eidem altari vigintj solidos

Item de vna terra Iacente in superiore parte eiusdem vici quondam Iohannis crommy pertinente nunc autem pertinente Iohanni watsone quam Idem Iohannes habet in feodifirma de capellanis chori ecclesie sancti nicholaij eiusdem burgj inter terram capellanorum collegij ecclesie cathederalis abirdonensis ex australi et terram Dauid mar versus boream reddendo eidem altari annuatim sex solidos et octo denarios

Item de dicta terra ipsius Dauidis mar iacente in eodem vico inter terram thome buchan ex boreali et dictam terram ipsius Iohannis watsone ex australi reddendo inde octo solidos

Item de terra quondam Iohannis Wormet Iacente in vico castri

In cono vici nauium eiusdem burgi ex australi parte eiusdem inter terras dauid theman et thome Waus ex orientali et terram quondam henrici crag ex occidentali reddendo inde annuatim eidem altari Triginta solidos

Item de vna pecia terre in futy vulgariter nuncupate le but olim reddebat dicto altari septem solidos Et non reddat nisi vigintj denarios que fuit edificata et iam penitus est vasta

Item de vno crofto vocato le grethed pertinente domino de many Iacente in territorio croftorum de Rubislaw ex australi parte vie regie prope le crabstane versus molendinum Iusticiarij reddendo inde dicto altari annuatim quinque solidos et quatuor denarios quod nunc Iniuste detinetur per occupatores eiusdem a longo tempore a dicto altari et solucione nunc obtenta

Item de terra Iohannis mar in vico castri inter terram domini Iohannis stirueling ex vna et terram heredum quondam thome chapman ab altera reddendo inde eidem altari annuatim viginti solidos

Item de terra Andree Ancroft Iacente in eodem vico tam anteriore quam interiore inter terram alexandrj burnat versus oriens et terram Willelmi blinseile couper versus occidens reddendo inde annuatim eidem altari vigintj tres solidos et quatuor denarios

Summa huius capellanie vj lib v s viij d Exceptis quinque solidos de dicto crofto que non est soluta

LX.

Redditus altaris Sancti Eligij confessoris fol. 42[2]

IN primis de terra quondam gilberti Ryburne nunc pertinente dauid broiss et donaldo baxter portionarij eiusdem Iacente in vico Nauium ex orientali parte eiusdem inter terram quondam Andree lammyntone ex boreali ex vna et terram quondam Richardi ruyerfurd ex australi partibus ab altera reddendo inde annuatim eidem altari vigintj solidos [*sic*] champane infeodauit dictum altare de quadraginta solidos de eadem terra prout in sua fundacione desuper confecta plenius continetur

Item de terra Willelmi loremar Iacente in vico le gastraw inter terram Willelmi futhes ex boreali Et terram [*sic*] ex australi

partibus ab altera reddendo inde annuatim eidem altari sex solidos et octo denarios

Item de terra quondam Ade litster Iacente in vico superiore ecclesie eiusdem burgj nunc pertinente magistro alexandro Bisset capellano et alexandro tailzeour portionarij eiusdem inter terram Agnetis Stirueling ex orientali et terram Alexandri mathousone ex occidentali Reddendo inde annuatim eidem altari decem solidos

Item de terra quondam Andree smytht in futy nunc pertinente Willelmo Wat in stanehife inter terram [*sic*] ex australi ex vna et terram [*sic*] ex boreali partibus ab altera reddendo eidem altari annuatim quinque solidos

Summa huius capellanie quadraginta solidos et vigintj denarios

LXI.

fol. 43[1] *Fundacio Alexandri gray*

OMNIBUS hanc Cartam visuris vel audituris Alexander gray burgensis burgi de Abirdene Eternam in domino salutem Cum omnes stabimus ante tribunal domini nostri Ihesu Christi siue bonum siue malum fuerit recepturi prout in corpore gessimus Igitur diem extremi Iudicij operibus misericordie expediens est preuenire vt seminata in terris multiplici fructu colligamus in celis Vnde Noueritis me pro salute anime mee animarum Elizabetht hay sponse mee Willelmi gray patris mei et Sune perri matris mee parentum meorum benefactorum eorum a quibus aliqua bona minus iuste habui et omnium fidelium defunctorum In honorem Dei omnipotentis beatissime virginis marie Sancte Barbare virginis et omnium ciuium celestium dedisse concessisse assignasse et hac presenti carta mea confirmasse discretis et perdoctis viris Curato et capellanis chori ecclesie parochialis dictj burgj totos et integros annuos redditus meos subscriptos ex meo proprio conquestu recuperatos videlicet vnum annuum redditum quatuordecim solidorum annuatim exeuntem et leuandum de tota et integra terra quondam alexandri logy tam anteriore quam interiore cum suis pertinenciis Iacente infra dictum burgum in vico furcarum ex occidentali parte eiusdem vici inter terram Ninianj Blinseil ex australi ex vna Et terram quondam Willelmi buchan ex boreali partibus ab altera et communes vias regias versus oriens et occidens Et alium annuum

redditum sex solidorum et octo denariorum vsualis monete scocie annuatim leuandum de tota et integra dicta terra quondam Willelmi buchane Iacente in eodem vico ex occidentali parte eiusdem inter terram quondam dicti alexandri logy ex australi ex vna Et et terram quondam Iohannis lundoris ex boreali partibus ab altera TENENDOS et habendos totos et integros dictos annuos redditus cum suis pertinenciis prefatis curato et capellanis ac suis successoribus curatis et capellanis dictj chori a me et heredibus meis in puram et perpetuam Elimosinam Imperpetuum Cum omni Iure et Iuris clameo Ac cum omnibus et singulis libertatibus commoditatibus et asiamentis ac Iustis suis pertinenciis quibuscunque ad dictos annuos redditus cum pertinenciis spectantibus seu Iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum Ac capiendum annuatim et leuandum de totis et integris terris prenotatis cum suis pertinenciis ad duos anni terminos vsuales pentecostes videlicet et sanctj martinj in hieme per equales porciones Et si necesse fuerit huiusmodi terras et Inhabitantes easdem ac bona sua ad manus proprias pro predictis annuis redditibus tociens quociens opus fuerit namare et distringere et eosdem districtos pro sue libito voluntatis disponere sine quocunque Iuris ministro Adeo libere plenarie integre honorifice bene et in pace in omnibus et per omnia sicut aliquis annuus redditus ecclesie infra Regnum scocie In puram et perpetuam Elimosinam datur conceditur aut possidetur sine reuocacione reclamacione aut contradictione aliquali mei heredum meorum assignatorum aut aliorum quorumcunque Pro quibusquidem annuis redditibus dicti curatus capellani ac sui successores annuatim celebrarunt [*sic*] et cantabunt vnum anniuersarium ad altare sancte barbare infra ecclesiam situatum videlicet Exequias defunctorum in nocte sanctj Ninianj ac missam de Nota in die beati ninianj cum ceteris missis trigintalis per ebdomidam vt moris est sequentem Insuper collector eorundem capellanorum qui pro tempore fuerit preconem cum campana minore per totum burgum perire faciet in dicta nocte sancti Ninianj vt incitetur populus ad deprecandum pro salute animarum predictarum Tabulam super monimentum ponet et locabit eandem pallio decenti seu ornamento cooperiet luminaria cerea inueniet Ceteraque omnia et singula in consimili anniuersario suffragia faciens Et sacristam prefate ecclesie campanas solitas et consuetas trina vice ad huiusmodi exequias et ad magnam missam cantatam pulsare vt moris est tantum pro omni alio seruicio seculari

exactione seu demanda que de predictis annuis redditibus cum pertinenciis aliqualiter exigi poterit aut Requiri Et prefatus collector qui pro tempore fuerit dictum anniuersarium soluet in peccunia numerata tempore celebracionis huiusmodi exequiarum et missarum capellanis dicti chori suffragia diuina Interesse celebrantibus Et ego vero dictus Alex-
fol. 43 [2] ander heredes mei et assignatj Totos et integros annuos redditus prenotatos cum cuis pertinenciis prefatis curato capellanis et suis successoribus in omnibus et per omnia vt premissum est per omnes terras ac possessiones meas contra omnes mortales varantizabimus acquietabimus et Imperpetuum defendemus In cuius rej testimonium huic presenti carte mee sigillum meum et sigillum honorabilis viri Thome leslie vnius balliuorum dictj burgj ac datoris sasine huiusmodi annuorum reddituum sunt appensa apud Aberdene secundo die mensis Maij Anno domini millesimo quingentesimo Nono Coram honorabilibus et famosis viris Iohanne Cullane dauid Rutherfurd Andrea gordone Iohanne fechat Iohanne grene Thoma Pile burgensibus et incolis dicti burgj domino roberto Pathousone capellano Willelmo scrimgeour sergeando Et domino Iohanne Stirueling Notario Publico

In Folio 44 [1] *nihil scribitur*

LXII.

fol. 44 [2]

Fundatio altaris Sancti Petri

OMNIBUS hanc Cartam sancte matris ecclesie filiis visuris vel audituris Thomas blinseill burgensis de abirden salutem in domino sempiternam Noueritis me in augmentum cultus diuinj pro salute anime mee Necnon animarum quondam mariore et Elizabetht coniugum mearum antecessorum et successorum nostrorum Ac omnium fidelium defunctorum cum consensu et assensu alexandri et willelmi filiorum et heredum meorum ex vtroque matrimonio dedisse concessisse et presenti carta mea confirmasse omnipotenti deo et beate marie Virgini beato petro apostolorum principi et omnibus sanctis Necnon vnj capellano ydoneo diuina celebranti et pro perpetuo celebraturo Ad altare beati petri supradicti cituatum in ecclesia parochialj beati nicholaij burgi de abirden decem marcas vsualis monete scocie leuandas annuatim et proportionaliter ad duos anni terminos vsuales penthecostes videlicet et sancti martinj in yame per equales portiones

de terris tenementis et croftis subscriptis videlicet de terra Willelmi de cowtis Iacente in ly grene inter quandam terram altaris beati Ninianj ex parte australi ex vna et communem viam regiam ex parte boreali partibus ex altera decem solidos Et de terra Iohannis Vobster Iacente in ly grene inter terram dominj thome andree capellani ex parte boreali ex vna et terram thome vobster ex parte australi partibus ex altera quatuor solidos Et de terra dauid dun masoun Iacente in vico Nauium inter terram Iohannis ettale ex parte australi ex vna et terram roberti gillespi ex parte boreali partibus ex altera viginti duos solidos Eciam de vna terra Iacente ex parte boreali vici inferioris ecclesie inter terram quondam Willelmi Caleman ex parte occidentali ex parte vna et terram fyndelai schefar ex parte orientali ex parte altera decem solidos Et de terra heredum quondam Iohannis gray Iacente in ly gastraw inter terram meam propriam ex parte australi ex parte vna et terram galfridi burnet ex parte boreali quatuor solidos Et de quadam terra mea propria Iacente in occidentali vici furcarum inter terram roberti quhit ex parte australi ex parte vna et terram symonis cwper ex parte boreali partibus ex altera quatuordecim solidos Et de terra quondam buchane Iacente in boreali parte vici castri inter heredum quondam Roberti angusij ex parte orientali ex parte vna et terram Ade kymesoun ex parte occidentali partibus ex altera sex solidos Item de terra Iohannis scherar Iacente in boreali parte vici eiusdem inter terram nicholaij benyng ex parte occidentali ex parte vna et terram alexandri rolland ex parte orientali ex parte altera quinque solidos Necnon de vno crofto quod hugo flesser tenet a me Iacente apud ly galowgethed inter heredum Iohannis casse ex parte boreali et croftum Willelmi fechet ex parte australi ex parte altera extendente a via regia uersus occidens ad viam sub pede montis qua itur ad cananiam uersus oriens quadraginta denarios Item de vno crofto Iacente sub ly hedownis-hill inter croftum andree menzes ex parte boreali ex parte vna et croftum heredum quondam Richardi fechet vicatum ly fluris ex parte australi ex parte altera tres solidos Eciam de vno crofto vocato halylandis cum ly Witlandis Iacente inter croftum Iohannis mair ex parte australi ex vna et croftum andree menzes ex parte boreali ex parte altera tresdecem solidos et quatuor denarios Item de vno crofto vocato ly Imlawis ryg Iacente in territorio dictorum croftorum inter croftum Iohannis mair ex parte boreali ex parte vna et croftum

got out to Iohn and andrew Rothes in few farm for vj s 8 d In vsum leuandi

obtenit x in vse of payment

thomas mwrray in vse of payment

fol. 45[1]

andree mar ex parte altera duos solidos Item de vno crofto Iacente in territorio croftorum ex parte orientali burgi de abirden inter croftum fratrum predicatorum ex parte australi ex parte vna et croftum Iohannis wricht ex parte boreali ex parte altera tresdecem solidos et quatuor denarios Necnon de vno crofto Iacente in territorio croftorum de futy vocato schore rigis inter croftum alexandri cryne ex parte australi ex vna et croftum archibaldi leitht ex parte boreali ex parte altera Et de duobus croftis vocatis ly lang rigis in eodem territorio inter croftum heredum laurencij leitht ex parte boreali ex parte vna et croftum Iohannis blinseill ex parte australi ex parte altera vnius crofti et ex parte boreali alterius crofti et croftum dicti Iohannis ex parte australi ex parte altera eiusdem tredecem solidos et quatuor denarios Item de vna terra Iacente in vico futy inter terram Willelmi maitland ex parte australi ex parte vna et terram findelai flesscher ex parte boreali ex parte altera decem solidos TENENDOS habendos et percipiendos dictos annuos redditus cum pertinenciis dicto altari et capellano ibidem diuina celebranti et pro perpetuo celebraturo a me et heredibus meis et meis assignatis in puram et perpetuam elimosinam cum omnibus et singulis libertatibus commoditatibus et asiamentis ac iustis pertinenciis quibuscunque ad dictos annuos redditus cum pertinenciis spectantibus seu iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum Adeo libere et quiete plenarie integre honorifice bene et in pace in omnibus et per omnia sicut aliquis annuus redditus uel elimosina alicuj ecclesie uel altari infra regnum scocie conceditur liberius aut donatur sine aliqua reuocatione reclamatione aut contradictione mei uel heredum meorum aut aliorum quorumcunque nomine nostro uel ex parte nostra inde faciendis qualicunque in futurum Faciendo inde dictus capellanus quj pro tempore fuerit pro animabus nostris predictis ad altare supradictum oracionum suffragia deuotarum supportando diuinum seruicium in choro dicte ecclesie tantum pro omnj alio seruicio seculari exactione uel demanda que exinde per quoscunque aliqualiter exigi poterit aut requiri Ius patronatus post meam vitam eiusdem capellanie alexandro blinseill primogenito meo pro prima vice et Willelmo blinseill secundo genito meo pro altera vice Et sic deinceps suis heredibus alternatis vicibus imperpetuum transfundentibus Et ego vero prefatus thomas heredes mei et assignati
fol. 45 [2] omnes et singulos annuos redditus capellano et capellanis prefato altari celebrantibus et pro perpetuo celebraturis pro animabus predictis contra

omnes mortales varantizabimus acquietabimus et imperpetuum defendimus IN CUIUS Rei testimonium sigillum meum vna cum sigillo prouidi viri alexandri blinseill filii mei tunc vnius balliuorum dicti burgi presenti carte est appensum apud dictum burgum de abirden vicesimo die mensis februarij Anno Dominj millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto Testibus prouidis et circumspectis viris Iohanne scrogis filio tunc preposito dicti burgi Iohanne fyf Iohanne mar andrea Cullane Iohanne scrogis patre andrea ancroft Magistro Iohanne cadzoucht andrea menzes duncano clet burgensibus dicti burgi dominis Willelmo Wokat duncano clerk thoma ra Willelmo blinseill duncano zoill Iohanne modane capellanis et Iohanne tulidef sergiando cum multis et diuersis alijs

Insuper augmentatur rentale de viginti solidis ad duos anni terminos leuaturis videlicet sancti martinj et penthicostes de quadam terra Iacente in boreali vici castri inter terram quondam thome fif nunc cenobij de arbroitht ex occidentali parte et terram diui petri ex orientali viam regiam ex australi et venellam Iacentem inter eandem terram et eandem terre quondam andree allansone nunc gilberti menzes que terra quondam fuit magistri Iohannis banzenaucht nunc autem vicariorum ecclesie cathediralis abirdonensis prout in carta desuper confecta fideliter extraxi

In Folio 46[1] *nihil scribitur*

LXIII.

OMNIBUS hanc cartam visuris Vel audituris Iohannes de kingorne fol. 46[2]
secundus nepos primj vicarius de aberdene Salutem in domino sempiternam Nouerit vniuersitas vestra me ductum deuocione et intuitu caritatis dedisse concessisse et hac presentj carta mea confirmasse vicario de aberdene et capellanis eiusdem ad triginta numeratis si tanti fuerint sinautem presentibus qui pro tempore fuerint successiue vnum annuum redditum viginti vnius sollidorum soluendum ad vnum annj terminum scilicet ad festum Sancti Ihoannis baptiste indilate videlicet decem solidos de vno crofto Iacente infra territorium croftorum de rubislaw inter communem viam regiam qua itur a le crabistane versus crucem que vocatur frasseris cruss ex parte orientalj ex parte vna et le millecroft ex parte occidentali ex parte altera et communem viam Regiam extendentem a lapide antedicto versus molendinum iusticiarii

ex parte borealj et terram ville de freirtoune ex parte australi et sex solidos et octo denarios de vna terra Iacente sub monte sancti katharine ex parte occidentali eiusdem montis ex parte vna in qua terra ex parte orientalj existat clibanus et commune venale ex parte occidentalj inter terram Ihoannis cristine ex parte australi et ex parte altera et terram dominj Hugonis de vellis ex parte boreali quamquidem terram Ihoannes filius thome tenit de me in feodo et hereditate et quatuor solidos et quatuor denarios de vna terra Iacente ex parte occidentali dicti venalis quasi in opposito dicte terre et torrentis decurrentis molendinarii ex parte occidentali quamquidem terram Iohannes dictus clericus tenet de me in feodo et hereditate inter terram Iohannis club tinctoris ex parte australi ex parte vna et vnam rudam terre assertam olim sancte anne ex parte boreali ex parte altera tenendum habendum dicto vicario et suis successoribus et capellanis electis per vicarium et capellanorum sancte crucis sancte marie et sancti michaelis triginta numeratis siue qui pro tempore fuerint cum omnibus libertatibus et Iustis pertinenciis quibuscunque reddendum inde annuatim domino nostro regj seruicium debitum et consuetum et reseruandum michi cunctis diebus vite mee liberum tenementum harum terrarum cum pertinenciis ut dictum est quodquidem liberum tenementum post decessum meum pure et similiter do et lego imperpetuum vicario et suis successoribus ut dictum est et capellanis temporibus celebrantibus in ecclesia parochiali sancti nicholai annuatim perpetue celebraturis vnum anniuersarium pro anima mea et animabus in purgatorio exercentibus sub hac forma videlicet in die sabatj post festum corporis christi exequias mortuorum scilicet placebo et dirige cum nouena in ecclesia parochiali de aberdene et in die dominica proxime sequente oratio ad magnam missam fiat ita quod missa dominicalis non impediatur et in die lune in crestino vnum trigintale missarum celibraturarum cum triginta sacerdotibus electis ut supra qui sepius et frequencius in habitu suo in choro horas canonicas intersint si tantj fuerint sinautem presentibus celibrantibus obsequium prenotatum volo tamen quod vicarius habeat duplicem porcionem pre aliis computandam Set si contingat quod vicarius vel quicunque capellanus obliuionj negligentie seu pigricie seu aliquo casu dictas exequias in forma prelocuta non celebrauerit volo quod capellani sancte crucis sancte marie et beati michaelis eo anno porcionem eorum percipiant qui disponant eandem porcionem proporcionaliter inter ipsos

memorantes animam meam in missa cum oracione ut voluerint coram summo Iudice respondere Vnde dictum est qui sentit commodum sentire deum et omnis que res transit cum honere Set si vicarius vel alius capellanus ad matutinas scilicet dirige exequiarum personaliter non fuerit presentatus ac eciam non existens in choro in habitu a fine usque ad finem Illo tempore carebit porcione sua que porcio secundum discretionem vicarii et capellanorum predictorum in celebracione missarum pro defunctis caritatiue distribuetur Set si aliquis capellanorum in die lune ut dictum est in trigintali pro animabus in purgatorio specificando animam meam in ecclesia parochiali non celebrauerit Ille carebit porcione sua que porcio disponatur ut supra Volo autem quod clericj habeant octo denarios de terris Iohannis filii thome et Iohannis clericj meam pulsantes mencionem annuatim in cuius rej testimonium sigillum meum presentibus est appensum et Ad maiorem rej euidenciam sigillum commune burgi de aberdena cum instancia que decuit procuraui pariter cum sigillo andree branche vnius balliuorum antedicti burgi ac datoris sasine apponj presentibus acquisiuj apud aberdene quarto die mensis februarij anno domini millesimo quadringentesimo trigesimo octauo presentibus dominis villelmo bouse villelmo leitht capellanis Iohanne mayr thoma blinsell et Iohanne trail burgensibus et alexandro skynnar tunc bedello cum pluribus alijs ad premissa specialiter rogatis et requisitis

Chirographum scribae

Hoc est verum exemplar principalis carte collacionatum per me notarium publicum subscriptum

Ita est magister Iohannes Kennedy notarius publicus manu propria

In Folio 47[1] *nihil scribitur*

LXIV.

OMNIBUS christi fidelibus hanc Cartam visuris vel audituris Stephanus de balcronj burgensis burgj de aberdene salutem in domino sempiternam noueritis me in augmentum cultus diuinj et pro salute animarum mei et mariote sponse mee parentumque amicorum antecessorum prolium et successorum nostrorum ac omnium fidelium defunctorum dedisse concessisse ac presente carta mea confirmasse deo omnipotenti et eius matri beate marie virgini et omnibus sanctis et altari beati stephani prothomartiris ac capellano Ibidem diuina cele- fol. 47[2]

brantj et pro perpetuo celebraturo cituato in ecclesia parochiali beati nicholaij confessoris dictj burgj omnes et singulos annuos redditus infrascriptos quos diuinam suffragans prouidenciam proprio acquisiuj conquestu exeuntes annuatim de terris infrascriptis videlicet de quadam terra mea Iacente ex occidentali parte vicj furcarum inter terram meam propriam ex parte boreali ex parte vna et communem viam regiam qua itur a foro dictj burgj ad le schipraw ex parte australi partibus ex altera et duas vias regias ex partibus orientali et occidentali Sex mercas vsualis monete regnj scocie inde concedo et volo ac obligo me et heredes meos successores et nostros assignatos quoscunque sustentare et supplere dictam terram cum pertinenciis in omnibus suis necessariis et quocies dicta terra incipiat deficere in toto vel in parte aliqua ipsius Nos vero vel quis nostrum nuncque recipiemus aliquam summam pecunie nobis vel alicui nostrum pertinentem de dicta terra cum pertinenciis pro vno vel duobus terminis donec sufficienter sustentetur corrigatur et suppleatur dicta terra per consilium et visum capellanj dictj altaris quj pro tempore fuerit Et de terra henricj ryny Iacente in vico de futy inter terram heredum quondam Willelmj cryne ex parte australi ex parte vna et terram vilhelmj de westland ex parte boriali ex parte altera sex solidos et octo denarios Et de quadam terra mea Iacente in vico nauium ex occidentali parte vicj eiusdem inter terram andrea wricht ex parte australi ex parte vna et terram thome blinseile ex parte boreali partibus ab altera sex solidos et octo denarios Et de quadam terra Iacente in le gaistraw ex occidentali parte vici eiusdem inter terram heredum quondam Iohannis marsar ex parte boriali ex parte vna et terram domus sancte trinitatis ex parte australi ex parte altera tresdecim solidos et quatuor denarios Et de Illa terra mea quam inhabito Iacente in vico furcarum ex occidentali parte vicj eiusdem inter terram ade filij nicholaij ex parte australi ex parte vna et terram dominj andree scheres capellanj ex parte boriali ex parte altera tresdecim solidos et quatuor denarios Et de quadam terra mea Iacente in vico furcarum ex orientali parte eiusdem inter terram Iohannis scherar ex parte boriali ex parte vna et terram duncanj lundoris ex parte australi ex parte altera sex solidos et octo denarios Et de Illo crofto meo cum vstrino ad finem occidentalem eiusdem Iacente ad finem vici ex orientali parte eiusdem inter croftum heredum dominj alexandri barklay de grantulie militis ex parte boreali ex parte vna et

croftum andree ancroft ex parte ex parte [*sic*] australi ex parte altera sex solidos et octo denarios Et de Illo paruo crofto meo Iacente in territorio croftorum de futy inter communem venellem vocatam le garvachis wynd ex parte boreali ex parte vna et croftum Willelmj stradee ex parte australi ex parte altera duos solidos pro sustentacione lampadis et aliorum necessariorum dicto altari pertinencium annuatim Et de alia terra mea Iacente in vico furcarum ex occidentali parte eiusdem inter terram Willelmi smyt ex parte boreali ex parte vna et terram heredum quondam Willelmj fichat ex parte australi ex parte altera quatuor solidos Et illud superius solum meum in fine boreali terre mee antedicte Iacente in vico furcarum ex occidentali parte eiusdem inter terram quondam angusij filii Ade ex parte boreali ex parte vna et duas vias regias ex partibus orientali et australi et terram meam propriam ex parte occidentali partibus ab altera ad cameram dictj capellanj qui pro tempore fuerit libere pro perpetuo remansurum Tenendos habendos et percipiendos omnes et singulos annuos redditus supradictos cum pertinenciis et solum antedictum prefatis altari et capellano qui fuerit pro tempore cum omni Iure et rectis Iuris a me et heredibus et meis assignatis in feodo et hereditate Imperpetuum libere quiete plenarie integre honorifice bene et in pace cum omnibus et singulis libertatibus commoditatibus et asiamentis ac Iustis suis pertinenciis quibuscunque ad dictos annuos redditus et solum cum pertinenciis spectantibus seu Iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum sine aliqua reuocacione reclamacione aut contradiccione mei vel heredum meorum successorum vel assignatorum nostrorum aut aliorum quorumcunque nomine nostro vel ex parte inde faciendis qualitercunque in futurum FACIENDO Inde annuatim dictus capellanus qui pro tempore fuerit ad dictum altare sancti stephanj in ecclesia antedicta seruicium ecclesiasticum et oracionum suffragia deuotarum Item volo et concedo pro me et heredibus meis et nostris assignatis quod dictus capellanus perpetuus fol. 48[1]
et sui successores decentj et honesto habitu horis maioribus dominicis diebus festis duplicibus Iuxta modum dicte ecclesie parochialis cum ceteris capellanis eiusdem tenentur personaliter interesse Tantum pro omni alio seruicio seculari exactione vel demanda que de dictis annuis redditibus et camera cum pertinenciis aliqualiter exigj poterit aut requirj Iure vero patronatus dicte capellanie Ricardo filio meo et heredibus suis et suis successoribus pro perpetuo remansuro Et si contin-

gat dictum ricardum aut heredes vel successores suos fore negociatum vel negociatos per annum et diem remotis partibus medio tempore vacante capellania predicta prepositus balliui et consules dictj burgj qui pro tempore fuerint cum consensu et assensu vicarij dicte ecclesie capellanj sancte crucis et capellanj beate virginis marie disponere valeant de eadem prout coram deo voluerint respondere Et ego vero dictus stephanus et heredes mei et mei assignati omnes et singulos annuos redditus et cameram cum pertinenciis prefato altari et capellano pro perpetuo eiusdem in omnibus et per omnia ut premittitur per omnes terras nostras redditus et possessiones vniuersas habitas et habendas contra omnes mortales varantizabimus acquietabimus et Imperpetuum defendemus IN CUIUS REI testimonium huic presentj carte mee sigillum meum est appensum Et ad maiorem rei euidenciam et securitatem premissorum sigillum prouidi viri alexandri blinseile tunc vnius balliuorum dictj burgj ac datoris sasine predictis altari et capellano perpetuo de predictis annuis redditibus et camera cum pertinenciis presentibus apponj cum instancia procurauj Apud dictum burgum de abirdene decimo octauo die mensis marcij Anno dominj millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto Testibus honorabilibus et prouidis viris Iohanne fif Iohanne scrogis patre duncano de clat matheo fichat andrea de cullan' Iohanne de scrogis filio Willelmo rollande Andrea ancroft Thoma blinseile magistro roberto steuart vicario domino Iohanne pettimweyme domino andrea scherate domino Iohanne lamb capellanis et malcomo daker tunc seriando cum multis et Diuersis aliis &c

Hic est scribae chirographum

Hec est vera copia principalis carte quondam stephani balcroni fundate de terris et annuis redditibus ad altare sancti stephani infra ecclesiam parochialem beati nicholai per me Magistrrum alexandrum portar notarium publicum copiatum teste manu propria

Alexander portar notarius publicus ad hec manu propria

LXV.

fol. 48[2]

Carta fundacionis pro Anniuersario stephani Balrony et pro sustentacione lampadis beate marie et beatj nicholaij

OMNIBUS hanc Cartam visuris uel audituris Stephanus Balrone burgensis burgi de abirdene Salutem in domino sempiternam

Noueritis me intuitu caritatis ac ob honorem dei omnipotentis et sue matris gloriosissione Virginis marie omnium que sanctorum et specialiter ob honorem beati stephani prothomartiris pro salute anime mee et mariote sponse mee parentumque et successorum nostrorum ac omnium fidelium defunctorum dedisse concessisse Necnon et hac p̃esente Carta mea confirmasse capellanis quotidianis diuina celebrantibus infra ecclesiam parochialem beati nicolaij burgi predicti vnum anniuersarium viginti solidorum exeuntem annuatim et leuandum per predictos capellanos aut ipsorum collectorem de terra Willelmi eddindeach Iacente infra dictum burgum ex parte boreali vici superioris ecclesie eiusdem inter terram heredum quondum ihoannis traile ex parte occidentali ex parte vna et terram heredum quondam valende skynnar ex parte orientali partibus ex altera Necnon capellanis perpetuis fundatis altarium gloriosissime et beate marie Virginis et sancti nicolaij situatorum in ecclesia antedicta vnum annuum redditum sex solidorum michi debitum annuatim et exeuntem de terra ade crafurde Iacente infra dictum burgum ex parte boreali vici superioris ecclesie inter terram magistri iohannis Cadiou ex parte occidentalj ex parte vna et terram Iohannis litstar filij eduardi ex parte orientali partibus ex altera ad inueniendum annuatim oleum lampadibus dictorum altarium leuandum per capellanum perpetuum altaris sancti stephani prothomartiris situati in dicta ecclesia et patronum eiusdem qui pro tempore fuerint imperpetuum obseruandum tenendum et percipiendum totum et integrum anniuersarium viginti solidorum et annuum redditum sex solidorum supradictos cum pertinenciis dictis capellanis et successoribus suis in puram et perpetuam elimosinam a me et heredibus meis et meis assignatis quibuscunque cum omni Iure et Iuris clameo ac omnibus et singulis libertatibus commoditatibus et aisiamentis ac Iustis pertinenciis quibuscunque ad dictum anniuersarium vigintj solidorum et annuum redditum sex solidorum cum pertinenciis spectantibus seu Iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum libere et quiete plenarie integre honorifice bene et in pace in omnibus et per omnia sine aliqua reuocacione reclamacione aut contradictione mei uel heredum meorum aut aliorum quorumcunque nomine nostro uel ex parte nostra inde faciendis qualitercunque in futurum faciendo Inde dicti capellani qui pro tempore fuerint annuatim ad dictum altare sancti stephani in sabbato proxime post festum epiphanie domini vnum placebo et dirige cum nota et vnum trigintale sequens sine

nota pro anima mea et anima mariote sponse mee proliumque et successorum nostrorum ac omnium fidelium defunctorum Tantum pro omni alio seruicio seculari exactione uel demanda que de dictis anniuersario viginti solidorum et annuo redditu sex solidorum cum pertinenciis aliqualiter exigi poterit aut requiri Ac eciam volo et concedo quod dominus andreas serass capellanus altaris beate marie Virginis pro toto tempore vite sue habeat potestatem distribuendi dictum anniuersarium prefatis capellanis vt principaliter ipsorum melius conuenientibus interessentibus et continue residentibus cum decenti habitu horis maioribus quotidianis in dicta ecclesia Et inde post eius decessum volo quod distribuatur eisdem capellanis per prouisionem visum et consideracionem vicarij dicte ecclesie et capellani altaris beati stephanj eiusdem qui pro tempore fuerint imperpetuum Et ego vero prefatus stephanus Balrone et heredes mei et mei assignati totum et integrum anniuersarium predictum viginti solidorum et annuum redditum sex solidorum cum pertinenciis prefatis capellanis et successoribus suis ut premittitur contra omnes mortales varrantizabimus acquiettabimus et imperpetuum defendemus In cuius rei testimonium huic presenti Carte mee Sigillum meum est appensum Et ad maiorem huius rej euidenciam Sigillum prouidi viri alexandri blendseill vnius balliuorum dicti burgi et datoris sasine domino andree serass capellano nomine et ex parte capellanorum prefatorum de dicto anniuersario et annuo redditu cum pertinenciis apponj presentibus cum instancia procurauj apud dictum burgum octavo die mensis marcij Anno dominj millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto Testibus duncano clat Willelmo eddendeach Willelmo cantuly thoma de camera et adam de crafurd burgensibus dicti burgi capellanis Iohanne modane Iohanne murrawe et duncano yhonde dominis et malcomo dakre vno sergiandorum dicti burgi cum multis et diuersis alijs

Chirographum scribae

Hec est vera copia principalis carte quondam stephanj balrone fundate de terris et annuis redditibus ad altare sancti stephanj infra ecclesiam parochialem beati nicholaij et concordat de verbo in verbum cum suo originali per me Willelmum philipsoune notarium publicum copiata quod protestor per cirographum meum huic carte appositum siue huic copie auctentice

LXVI.

Carta processus de terra philippi dunbrek recuperata curato et capellanis sancti nicolaij collegij de abirden

UNIUERSIS et singulis ad quorum Noticiam presentes littere peruenerint Iohannes mar Iacobus colisoun Andreas fiff et Valterus culane balliui burgi de Abirdene Eternam in domino salutem Cum pium sit et meritorium fidele testimonium perhibere veritati Et notanter in his que coram Iudicibus et officiariis Supremj domini nostri regis sua officia exercentibus Iuridice terminantur Hinc est quod coram nobis in plena et capitali curia tenta in pretorio dicti burgi die lune decimo tertio die mensis Ianuarii anno domini millesimo quingentesimo decimo Accessit ad barram discretus vir dominus Iohannes Waus collector capellanorum collegij ecclesie parochialis beati Nicolaij dicti burgi Et peciit a communi clerico tres processus per ipsum legitime deductos in tribus curiis capitalibus precedentibus de et super recuperatione proprietatis eiusdem petie terre vaste Interioris cum pertinenciis quondam phiiippi Dunbrek et Elizabet dabir sponse sue pertinentis Iacente infra dictum burgum in vico inferiore ecclesie ex australi parte eiusdem vicj inter terram Andree Melvyn ex orientali ex vna et terram Iohannis malisoun ex occidentali partibus ab altera et terram quondam patricii Stiklok versus austrum et terram anteriorem sancte Anne matris marie versus boream In defectu solucionis vnius annuj redditus decem solidorum fol. 49 [2]
vsualis monete scotie dictis capellanis annuatim debiti et a longo tempore non soluti Quibus tribus processibus perlectis et legittime probatis prefatus dominus Iohannes nomine dictorum capellanorum pecijt a nobis Iuris et iusticie complementum sibi fierj de eadem pecia terre cum pertinenciis Vnde hora diei legittime exspectata et nulla parte comparente nec contradicente omnibus interesse habentibus legitime vocatis et non comparentibus dictus dominus collector porrexit plegium in manibus Willelmi scrimgeiour sergeandj quod Ipse causam suam obtinuit in recuperatione proprietatis dicte pecie terre vaste cum suis pertinenciis Quare decretum fuit per curiam et datum pro Iudicio per os Willelmi fynne Iudicatoris dicte curie quod dictus collector nomine dictorum capellanorum proprietatem prefate terre vaste cum suis pertinenciis legitime recuperauit ob et propter defectum solutionis huiusmodi annuj redditus decim solidorum Super quibus omnibus et singulis

prefatus dominus Iohannes nostras literas testimoniales sigillis nostris roborandis vnacum subscriptione notarij publicj subscripti reuerencia debita pecijt quas eidem caritatiue concessimus Anno die mense et loco prenominatis Indictione decima quarta pontifficatus sanctissimj in christo patris et domini nostri domini Iulij diuina prouidencia pape secundj anno octauo Acta erant hec in dicto pretorio hora vndecima ante meridiem uel cocirca sub anno die mense indictione et pontifficatu quibus super presentibus ibidem prouidis et honestis viris patricio reid dauid steuart dauid mar seniore andrea meldrum duncano fyff burgensibus dictj burgj normando lesley andrea nauchtie et gilberto prestoun sergeandis testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis

Et ego Iohannes stirueling presbyter Sancti andrea sacris auctoritatibus imperiali et regali . . .

Testimonium notarii publici legi non potest

LXVII.

fol. 50[1] UNIVERSIS et singulis ad quorum noticiam presentes littere peruenerint alexander Ruderfurde alexander menzes duncanus mar

1594 nunc heredum quondam vilhelmj rannoldsoun

et patricus lesley Iunior balliuj burgi de abirden Eternam In domino Salutem cum pium sit et meritorium fidele testimonium perhibere veritati Et notanter in hiis que coram Iudicibus et officiariis supremi domini nostri regis sua officia exercentibus Iuridice terminantur Hinc est quod coram nobis in plena et capitali curia tenta in pretorio dicti burgi die lune quinto die mensis octobris anno domini millesimo quingentesimo decimo septimo Accessit barram discretus vir dominus dauid trell collector capellanorum collegij ecclesia parochialis beati nicolaj dicti burgi Et peciit a communi clerico tres processus per ipsum legitime deductos in tribus curiis capitalibus precedentibus de et super recuperacione proprietatis eiusdem terre vaste quondam thome og Iacentis de facie boreali vici castri contra portam eiusdem inter terram quondam Iohannis wilraingsoun ex occidentali ex vna et communes vias regias versus oriens et austrum in defectu solucionis vnius annui redditus Sex solidorum et octo denariorum vsualis monete scotie dictis capellanis legitime debiti et a longo tempore non soluti Quibus tribus processibus perlectis et legitime probatis prefatus dominus dauid nomine dictorum capellanorum peciit a nobis Iuris et Iusticie complementum sibi fieri

de eadem terra cum pertinenciis Vnde hora diei legitime expectata nulla parte comparente nec contradicente omnibus Interesse habentibus legittime vocatis et non comparentibus dictus dominus dauid porrexit plegium in manibus normandj lesley sergeandi quod ipse causam suam obtinuit in recuperatione proprietatis dicta terre vaste cum suis pertinenciis Quare decretum fuit per curiam et datum pro Iudicio per os alexandri tailzeour Iudicatoris curie quod dictus dominus dauid nomine dictorum capellanorum proprietatem prefate terre vaste cum suis pertinenciis legitime recuperauit ob et propter defectum solucionis huiusmodi annui redditus super quibus omnibus et singulis dictus dominus dauid mar nostras literas testimoniales sigillis nostris roborandis vnacum subscriptione notarij publici subscripti reuerencia debita peciit quas eidem caritatiue concessimus anno die mense et loco prenotatis Indictione sexta pontifficatus sanctissimi in christo patris et domini nostri domini leonis pape decimi anno quarto acta erant hec in pretorio antedicto hora vndecima ante meridiem presentibus Ibidem honestis et fidedignis viris thoma waus dauid mar Iuniore alexandro wentoune waltero howosoun roberto menzes burgensibus dicti burgj willelmo scrimgeour dauid henrici et waltero allansoun sergeandis testibus ad premissa vocatis pariter que et rogatis

Et ego uero Iohannes Strivueling presbyter Sancti andree sacris auctoritatibus imperiali et regali notarius publicus dictorum processorum dictioni lecture ceterisque omnibus et singulis . . . . sic dum ut premittur dicerenter agerentur et fierent vnacum prenominatis testibus presens interfui atque omnia et singula sic fierj vel facienda et audiui et in . . . . .

Testimonium notarii publici legi non potest

LXVIII.

OMNIBUS hanc Cartam visuris vel audituris Magister thomas chawmer Curatus et capellanj chori ecclesie parochialis diuj nicolaij de abirden Eternam in domino salutem Noueritis nos vtilitate nostra et nostrorum successorum in hac parte diligenter considerata et ad plenum intellecta dedisse concessisse et ad feudifirmam dimisisse iuxta tenore presentis carte nostre dare concedere et ad feudifirmam fol. 50[2]

1594 Nunc magistri Robertj chalmer

dimittere Religioso viro fratri richardo murray ministro domus sancte trinitatis dicti burgi Totam et integram illam terram nostram penitus vastam et ortum eiusdem cum suis pertinenciis Iacentes infra dictum burgum in vico viridi ex boriali parte eiusdem inter terram quondam Iohannis malisoun ex orientali ex vna et terram quondam andree lamyntoun ex occidentali partibus ab altera Communem viam regiam versus austrum et communem venellam versus boream TENENDAM ET HABENDAM totam et integram illam terram prenotatam et ortum eiusdem cum suis pertinenciis prefato ministro et suis successoribus ministris dicti domus in feudo et hereditate imperpetuum cum omni Iure et Iuris clameo cum debitis longitudine et latitudine cum edificiis desuper constructis et construendis cum lapidibus et calce ac cum omnibus et singulis suis iustis pertinenciis quibuscunque ad dictam terram spectantibus seu iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum Adeo libere plenarie integre honorifice bene et in pace in omnibus et per omnia sicut aliqua terra infra dictum burgum aut extra ad feudifirmam dimittitur sine reuocatione reclamatione aut contradictione aliquali nostrorum nostrorum [*sic*] successorum aut aliorum quorumcunque faciendo inde dictus minister et successores supremo domino nostro regi et suis successoribus seruicium burgagium de dicta terra debitum et consuetum Ac reddendo annuatim nobis et successoribus nostris vigenti solidos vsualis monete scotie ad duos annj terminos vsuales penticostes videlicet et sancti martinj in hyeme per equales porciones nomine feudifirme ac eciam condicione adiecta quod si contingat dictum ministrum suos successores aut alios quoscunque eandem terram possidentes deficere in solucione dicti annuj redditus seu feudifirme vigenti solidorum ad spacium trium terminorum ipsis tamen requisitis et minime satisfacientibus tunc licitum erit nobis et successoribus nostris curatis et capellanis chori predicti ad dictam nostram terram cum pertinenciis absque quocunque Iuris processu aut strepitu liberum habere ingressum non obstantibus quibuscunque constitutionibus et oppositum inoletis et vsitatis tantum pro omni alio seruicio seculari exactione seu demanda que de dicta terra cum pertinenciis aliqualiter exigi poterit aut requirj Et nos vero dicti curatus et capellanj et successores nostri totam et integram dictam terram et ortum eiusdem cum pertinenciis prefato ministro et suis successoribus per omnes terras nostras et possessiones contra omnes

mortales varantizabimus acquietabimus et imperpetuum defendemus omnibus fraude et dolo seclusis In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium Sigillum nostrum commune et sigillum honorabilis viri patricij lesley senioris vnius dicti burgi in signum sue possessionis sunt appensa apud eundem vicesimo die mensis Aprilis anno dominj millesimo quingentesimo decimo nono Presentibus honorabilibus viris Ricardo Waus duncano mar dauid arrot burgensibus de abirden normanno lesley sergeando et magistro dauid nicolsoun Notario publico ac scriba curie

Chirographum scribae

Hec est vera et indubitata copia collacionata et auscultata carte ministro sancte trinitatis capellanis et curato date et concesse de terra quondam domini Iohannis heruey in vico viridi ad feudifirmam per me magistrum Willelmum philipsoun auctoritatibus papali et imperiali notarium publicum et concordat cum sua originali carta de verbo in verbum quod attestor hac manu mea propria et chirographo huic apposito anno dominj millesimo quingentesimo vicesimo die vero mensis aprilis vicesimo quinto

Frater ricardus murray minister manu propria
frater dauid clark manu propria
frater symon gray manu propria
pro nobis et nostris successoribus

LXIX.

Fundatio Iacobj Colisone curato et capellinis chore ecclesie de Abirdene anno 1519 fol. 51[1]

OMNIBUS hanc Cartam visuris vel audituris Iacobus Colisoun burgensis de abirdene Eternam in domino salutem animo aduertato et considerato exiguitatem temporis presentis seculi longanimitatem futuri letabundi quidem hiis quj bona in vita sua egerunt et pleni anxietate et tristicia contrafacientibus perpetualiter duraturi Volens Igitur diem extremj Iudicij operibus misericordie preuenire ut saminata in terris multiplici fructu collegamus in celis Vnde noueritis me in honorem dei omnipotentis intimerate eiusdem genetricis marie omniumque celestium ciuium pro salute anime mee vxorum fratrum proliumque parentum benefactorum meorum animarumque eorum a quibus aliqua

bona minus Iuste habuj et notanter pro anima domini andree colisoun fratris mei germani ac animabus omnium fidelium defunctorum dedisse concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Prouidis discretis viris Curato et capellanis chori ecclesie parochialis diui nicolaij de abirdene Totos et integros annuos redditus meos subscriptos ex meo proprio conquestu recuperatos videlicet vnum annuum redditum duodecim solidorum vsualis monete scotie annuatim exiuntem de toto et integro tenemento quondam dauid adamsoun burgensis de abirdene Iacente infra dictum burgum in vico furcarum ex orientali parte eiusdem inter terram quondam Iohannis stuart burgensis de abirdene ex australi ex vna et terram Iohannis Cullane ex boreali partibus ab altera communem viam regiam versus occidens et territorium orientalium croftorum dicti burgi versus oriens Vnum annuum redditum duorum solidorum eiusdem monete annuatim exiuntem de integro tenemento Iohannis piper alias cuming Iacente eodem vico ex occidentali parte eiusdem inter terram duncanni andersoun alias Wandy ex boreali ex vna et terram Iohannis reid ex australi partibus ab altera Vnum alium annuum redditum duorum solidorum de toto tenemento olim magistri andree porter Iacente ex eadem parte dicti vici inter terram andree stratoun ex boreali ex vna et terram olim georgii saidlar ex australi partibus ab altera Illum eciam annuum redditum meum duorum solidorum de toto et integro tenemento olim Willelmi belti Iacente in vico ly schuilhille vulgariter appellato inter terram heredum quondam thome meldrum ex orientali ex vna et terram heredum quondam andree stevinsoun ex occidentali partibus ab altera Et illum alium annuum redditum meum duorum solidorum exiuntem similiter de toto tenemento nicolaij baxter Iacente infra dictum burgum in vico inferiore ecclesie inter terram duncani gilruy ex orientali ex vna et terram quondam magistri Iohannis banzenaucht vicarij de gemry ex occidentali partibus ab altera TENENDOS et habendos totos et integros annuos redditus suprascriptos cum pertinenciis prefatis Curato et capellanis ac eorundem successoribus capellanis dicti chori a me et heredibus meis de supremo domino nostro rege et suis successoribus in puram et perpetuam elemosinam Imperpetuum cum omni Iure et Iuris clameo proprietate et possessione ac omnibus aliis et singulis libertatibus commoditatibus ac iustis eorundem pertinenciis quibuscunque ad dictos annuos redditus spectantibus seu iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum

Adeo libere plenarie honorifice bene et in pace in omnibus et per omnia sicut aliquj annui redditus infra dictum burgum seu extra venduntur dantur possidentur aut alicuantur sine reuocacione reclamacione aut contradictione aliquali mei heredum assignatorum meorum quorumcunque Pro quibus quidem annuis redditibus dicti Curatus et capellani et eorum successores annuatim Imperpetuum celebrabunt vnum anniuersarium videlicet exequias defunctorum idest placebo et derige in prima vigilia proximi festi diem sepulture mee immediate sequente ac fol. 51[2]
missam de nota in eodem sacris cum missis trigintalis ut moris est per ebdomadam sequentem pro salute animarum predictarum omniumque fidelium defunctorum et pro meis intencionibus quibuscunque Insuper collector dictorum capellanorum qui pro tempore fuerit preconem cum campana manuali opidum circumire faceat in dicta vigilia exequiarum ut inuitetur populus ad deprecandum pro salute animarum predictarum tabulam super monimentum meum ponet quod pallio seu alio ornamento honesto cooperiet luminaria ceria inueniet Insuper sacristam prefate ecclesie campanas trina vice ad huiusmodi exequias et similiter ad missam dicto festo cantatum pulsare faciet ut in similibus anniuersariis Ceteraque suffragia in similibus anniuersarijs vsitata et consueta compleri faciet et hec omnia imperpetuum singulis annis futuris a dictis capellanis collectore et eorum successoribus infellabiliter obseruentur ut coram summo Iudice respondere velint tantum pro omni alio seruicio seculari exactione seu demanda que de predictis annuis redditibus aliqualiter exigi poterit aut requiri Et ego vero dictus Iacobus heredes mei et assignati omnes et singulos annuos redditus prescriptos dictis curato capellanis et suis successoribus contra omnes mortales per omnes terras et possessiones nostras varantizabimus acquietabimus et imperpetuum defendemus omnibus fraude et dolo seclusis In cuius Rei testimonium sigillum meum vnacum sigillo honorabilis viri patricij leslei senioris vnius balliuorum de abirdene ac datoris saisine presentibus sunt appensa apud eundem decimo quarto die mensis decembris Anno domini millesimo quingentesimo decimo nono Testibus prouidis et honestis viris dominis dauid Waus dauid leis capellanis Willelmo scrimgeour dauid heroun et normanno leslie sergeandis Cum diuersis aliis etc

Hec est vera et indubitata copia collacionata siue transscriptum

Chirographum scribae

carte Iacobj collisoun burgensis burgi de Aberdene de viginti solidis pro vno anniuersario dictis capellanis et curato diuj nicolaij de aberden fideliter scripta per me magistrum Willelmum philipsoun auctoritatibus papali et imperiali notarium publicum presbyterum dioceseos aberdonensis et concordat cum sua originali Carta de verbo in verbum quod attestor signo et cirographo huic appositis millesimo quingentesimo vicesimo primo die uero mensis maij decimo quarto

LXX.

fol. 52[1]

OMNIBUS hanc Cartam visuris vel audituris dominus Iohannes litstar capellanus altaris Sanctorum Crispinj et Crispinianj in ecclesia Perrochalj de Aberdene Eternam in domino salutem Cum omnes stabimus ante tribunal domini nostri Ihesu cristi siue bonum siue malum fuerit Recepturi prout in corpore gessimus Igitur diem extremj Iudicij operibus misericordie expediens est preuenire vt seminata in terris multiplici fructu colligamus in celis vnde Noueritis me diuino caritatis Intuitu In honorem dei omnipotentis Beatissime virginis marie beatorum Nicholaij Barbare ac omnium Ciuium celestium pro salute anime mee animarum parentum meorum benefactorum consanguineorum et eorum a quibus aliqua bona minus iuste habui et omnium fidelium defunctorum dedisse concessisse assignasse et hac presenti carta mea confirmasse venerabilibus et discretis viris Curato et capellanis chori dicte ecclesie totos et integros annuos Redditus meos subscriptos ex meo proprio conquestu recuperatos videlicet vnum annuum Redditum octo solidorum vsualis monete scocie annuatim exeuntem et leuandum de totis et integris Rudis siue perticatis terrarum et edificiis earundem Andree Iake Burgensis Burgi de Inueroury Iacentibus Infra eundem burgum de Inueroury videlicet de tribus Rudis ipsius andree Iacentibus ex orientali parte dicti burgi inter terram ecclesiasticam ex boreali ex vna et terras Willelmi tailzeour ex australi partibus ab altera et communem viam Regiam versus oriens Et de duabus Rudis terrarum Iacentibus ex orientali parte eiusdem inter terras Roberti andersone ex australi et terram Iohannis Andersone ex boreali Aquam de oury versus oriens et

communem viam Regiam versus occidens vnum Annuum Redditum sex solidorum dicte monete annuatim leuandum de totis et integris duabus Rudis siue perticatis terrarum et edificiis earundem hugonis andersone burgensis dicti burgi de Inueroury Iacentibus infra eundem ex occidentali parte eiusdem inter terras Roberti andersone Iunioris ex australi ex vna et terras Willelmi Blakhall de eodem ex boreali partibus ab altera communem viam Regiam versus oriens et terras supremi domini nostri Regis Versus occidens Et vnum annuum Redditum vndecim solidorum vsualis monete scocie annuatim exeuntem et leuandum de fundo tocius et integre terre donaldi strathachin Iacente infra dictum burgum de Aberdene in vico superiore ecclesie ex australi parte eiusdem vici inter terram quondam Willelmi nory ex orientali ex vna et terram Andree michelsone ex occidentali partibus ab altera Communem viam Regiam versus boream et torrentem versus austrum TENENDOS ET HABENDOS totos et integros annuos Redditus predictos cum pertinenciis prefatis curato et capellanis ac suis successoribus curatis et capellanis dicti chori a me et heredibus meis In puram et perpetuam Elimosinam Imperpetuum Cum omni Iure et Iuris clameo Ac cum omnibus et singulis libertatibus commoditatibus et asiamentis ac Iustis suis pertinenciis quibuscunque ad dictos annuos Redditus cum pertinenciis spectantibus seu iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum Ac capiendum annuatim et leuandum de totis et integris terris predictis cum suis pertinenciis ad duos annj terminos vsuales penthicostes videlicet et sancti martinj in hieme per equales porciones Ac cum libera potestate huiusmodi terras et inhabitantes easdem ac sua bona ad manus propreas pro dictis annuis redditibus sine quocunque Iuris ministro namare et distingere tociens quociens opus fuerit Adeo libere plenarie integre honorifice bene et in pace in omnibus et per omnia sicut aliquis annuus Redditus ecclesie infra regnum scocie datur conceditur aut possidetur sine Reuocatione Reclamatione aut contradictione Aliquali mei heredum meorum aut aliorum quorumcunque CELEBRANDO INDE dicti curatus et capellani ac sui successores qualibet die quarta singulis Annis vnam missam de quinque vulneribus domini nostri Ihesu cristi fol. 52[2]
ad altare Beate marie infra eandem situatum Ac celebrando in die obitus mei decim missas priuatas pro salute anime mee et animarum predictarum Ac Collector generalis eorundem Tabulam super monimentum meum locabit eandem decenti pallio cooperiet singulis annis

R

Imperpetuum Ac preconj communi dicti burgi duos denarios dabit pro suis laboribus per villam preenti [pereunti ?] tantum pro omni alio seruicio secularj exaccione seu demanda que de predictis annuis Redditibus cum pertinenciis aliqualiter exigi poterit aut requiri INSUPER NOUERITIS ME in augmentum divini cultus honorem dei omnipotentis beatissime virginis marie sancte barbare virginis ac omnium celestium ciuium supernorum pro salute anime mee et animarum predictarum ac omnium fidelium defunctorum dedisse concessisse assignasse et hac presenti carta mea confirmasse Altari beate barbare virginis infra ecclesiam perrochialem dicti burgi fundant [*sic*] et capellano perpetuo eiusdem Totam et integram terram meam subteriorem et superiorem cum suis pertinenciis Iacentem infra prefatum burgum in vico Inferiore ecclesie ex boreali parte eiusdem vici inter terram quondam dauid gethane ex orientali ex vna et terram quondam Walteri mernys ex occidentali partibus ab altera et communem viam Regiam versus austrum TENENDAM ET HABENDAM totam et integram dictam terram cum suis pertinenciis prefato capellano et suis successoribus capellanis dicti altaris a me et heredibus meis in puram et perpetuam elimosinam Imperpetuum Cum omni Iure et Iuris clameo Ac cum omnibus aliis et singulis libertatibus commoditatibus et asiamentis ac Iustis suis pertinenciis quibuscunque ad predictam terram cum pertinenciis spectantibus seu Iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum Adeo libere plenarie integre honorifice bene et in pace in omnibus et per omnia sicut aliqua terra ecclesie in puram et perpetuam elimosinam datur conceditur aut possidetur sine Reuocacione Reclamacione aut contradiccione aliquali Reseruato tamen per omnia libero tenemento eiusdem michi pro toto tempore vite mee CELEBRANDO inde dictus capellanus et sui successores capellani eiusdem altaris qualibet feria septima videlicet sabbato vnam missam de beatissima Virgine maria ad Idem altare singulis annis futuris Imperpetuum pro salute anime mee animarum predictarum et omnium fidelium defunctorum tantum pro omni alio seruicio exaccione seu demanda que de predicta terra cum pertinenciis aliqualiter exigi poterit aut requiri ET EGO VERO DICTUS dominus Iohannes heredes mei et assignati totos et integros annuos Redditus et terram prelibatam cum suis pertinenciis prefatis curato capellanis chori et capellano altaris beate barbare prenotatis ac suis successoribus In omnibus et per omnia

vt premissum est per omnes terras et possessiones nostras contra omnes mortales varantizabimus acquietabimus et Imperpetuum defendemus IN CUIUS Rei testimonium huic presenti carte mee Sigillum meum et Sigilla honorabilium virorum Iohannis colisoun et Walteri cullane duorum balliuorum eiusdem burgi ac datoris sasine huiusmodi annui Redditus vndecim solidorum et terre prenotate sunt appensa apud eundem burgum Quinto die mensis Aprilis Anno dominj millesimo quingentesimo duodecimo Coram prouidis et honestis viris Iacobo fol. 53[1] colisoun Thoma chamer dominis dauid waus Duncano marscheall capellanis Willelmo scrimgeour et Andrea naughtie in donacione sasine prefati annui Redditus vndecim solidorum henrico Reid alexandro horne dauid criste dauid couper Iohanne scrogis alexandro gray Iuniore burgensibus dicti burgi Willelmo scrimgeour sergeando presentibus in donacione sasine terre prelibate Et domino Iohanne Stirueling notario publico

Hec est vera copia Carte cum suo originali concordans per me Iohannem Stirueling fideliter collationata teste manu propria

LXXI.

Fundatio Magistri Dauid menzes fol. 53[2]

NOUERINT Vniuersi per presentes Nos Curatum et Capellanos collegij seu chori ecclesie diuj nicholaij de abirdene nos obligasse prout tenore presencium nos obligamus et nostros successores in perpetuum temporibus futuris ad celebrandam vnam missam in dei omnipotentis laudem et gloriam benedicte matris eius marie et totius Curie celestis omni sexta feria de passione eiusdem gloriose virginis in subterranea ecclesia ad altare beate marie de pietate In intentione et pro anima nostri confratris magistri dauid menzeis animabus gilberti menzes mariorie Chamer sue vxoris suorumque parentum consanguineorum fundatorum et benefactorum quorum quouismodo debitor est ad satisfactionem secundum misericordem Dei acceptationem per vnum de nostris confratribus collegij seu chori residentibus et quod celebrantj satisfiat in manu et nulli alteri de quatuor denariis et residuum vigenti solidorum annuatim* seruabitur ad vtilitatem communitatis Eo et pro

* In carta hoc verbum interlineatum est. Vide attestationes notariorum publicorum.

quanto quod Idem magister dauid Menzeis dedit nobis et in pecunia numerata delibcrauit in puram Elimosinam ad nostram et successorum nostrorum sustentationem vigenti vnam libras ad nostram vtilitatem ymo et nostrorum successorum ad construendas reparandas et edificandas nostras domus communes Et precipue illud nostrum tenementum Iacentem in vico Nauium inter terram thome chamer ex boreali ex vna terram heredum quondam thome prat ex australi partibus ab altera communem viam regiam versus oriens et montem diue catharine virginis versus occidens Et ad hoc faciendum et ad premissum per nos et nostros successores inviolabiliter fore obseruandum sub nostris cyrographis et notariorum nostri gremij signaturis sub ypotheca omnium bonorum nostrorum et successorum communium presentium et futurorum de vnanimi consensu decernimus et decreuimus per presentes Acta erant hec in loco capitulari vnanimi consensu fratrum in eodem corpus capituli presentantium ad hoc specialiter congregatorum in vigilia natiuitatis dominice vicesima quarta die mensis Decembris Anno domini millesimo quingentesimo vicesimo indictione nona sanctissimj in Christo patris ac domini domini nostri leonis pape decimj anno octauo

Magister thomas chawmer curatus de Aberdene manu propria
dominus Andreas culp manu propria
dominus Iohannes Waus manu propria
dominus Dauid Waus manu propria
dominus Iohannes fyf manu propria
dominus dauid leis manu propria
dominus Iohannes murray manu propria
magister robertus margy manu propria
dominus Wilhelmus Cowper manu propria
dominus Dauid Medyltoun manu propria
dominus thomas vxmintage manu propria
dominus Iohannes reid
magister dauid Menzeis exilis fundator manu propria
et In omnium fidelium defunctorum et . . . . .

Et ego dauid nicholsone sacra apostolica auctoritate notarius publicus eiusdemque capituli confrater domini hec obligacio compromissioque peccuniarum dacio et receptio ceteraque omnia

et singula dum ut presc(r)ibitur fiérent vnacum prescriptis fratribus presentibus interfuj eaque sic fieri vidj sciuj et audiui et eadem in notam recipi et in hanc formam redigi sub subscriptione et signo meis solitis et consuetis et approbo le annuatim interlineatum [Chirographum]

Et ego Wilhelmus philipsoun sacris apostolica et imperiali fol. 54[1]
auctoritatibus notarius publicus et capituli confrater dum hec obligacio seu compromissio et pecuniarum datio et receptio ceteraque omnia et singula dum sic ut inscribitur fierent Vnacum prescriptis fratribus presens interfui eaque omnia et singula sic fierj vidi sciuj et audiuj eadem in notam sumpsi et in hanc formam redigj sub subscriptione et signo meis solitis et consuetis et approbo et ratifico ly annuatim interlineatum aliena manu scriptum [Chirographum]

LXXII.

NOUERINT vniuersi per presentes Curatum et Capellanos collegij seu chori ecclesie diuj nicolaij de abirdene nos obligasse prout tenore presentium nos obligamus et nostros successores futuris temporibus Imperpetuum ad celebrandam vnam missam in dei omnipotentis laudem gloriam et honorem benedicte matris eius marie ac tocius curie celestis omni quinta feria de quinque vulneribus domini nostri ihesu cristi in ecclesia diuj nicolaij de abirdene ad altare sanctj martinj pontificis et confessoris In intencione et pro animabus honorabilis viri bone memorie thome Waus olim burgensis huius opidi mariorie gregori vxoris sue prolium suorumque parentum fratrum et sororum eorundemque consanguiniorum fundatorum benefactorum ac omnium fidelium defunctorum quorum quouismodo debitores sunt ad satisfactionem secundum misericordem dei acceptationem per vnum capellanorum dicti collegij ebdomidatim alternatis vicibus tabulatum per eosdem capellanos chori residentes Eo et pro quanto quod idem thomas et marioria dederunt nobis in pecunia numerata videlicet in auro et argento viginti libras Et in vno annuo redditu quatuor solidorum et vi denariorum de vnanimj consensu heredum videlicet elizabet Waus et margarete Waus suorumque maritorum Wilhelmi turing et malcolmi crag deliberauerunt in puram et perpetuam elimosinam ad nostram et successorum nos-

trorum sustentationem videlicet viginti libras in auro et argento per manus venerabilis viri dominj dauid Waus fratris germanj prenominati thome et vnius executorum eiusdem in capitulo dicte ecclesie omnibus capellanis chori capitulariter congregatis Et dictum annuum redditum quatuor solidorum et vi denariorum in plenam solutionem viginti quatuor solidorum et vi denariorum capellanis predictis in anno leuandum et percipiendum annuatim illos quatuor solidos et vi denarios de domo Willelmi blinschel in vico nauium ex boreali parte eiusdem ut
fol. 54 [2] in carta desuper confecta plenius continetur ad nostram vtilitatem ymmouerius nostrorum successorum ad construendas reparandas et edificandas nostras domos communes Et precipue illud nostrum tenementum Iacens in vico nauium inter terram thome chamer ex boreali ex vna et terram heredum quondam thome prat ex australi partibus ab altera communem viam regiam versus oriens et montem Diue katharine versus occidens et de eadem noua domo nostra alios viginti solidos annuatim pro predicto thoma Waus qui sunt in toto pro eo viginti quatuor solidj et vi denarij Et ad hoc faciendum ac ad promissum per nos et nostros successores Inuiolabiliter fore obseruandum sub nostris cyrographis et notariorum nostri gremij signaturis sub ypotheca omnium bonorum nostrorum et successorum communium presentium et futurorum de vnanimi consensu decernimus et decreuimus per presentes Acta erant hec in loco capitulari vnanimi fratrum consensu in eodem corpus capituli presentantium ad hoc specialiter congregatorum decimo sexto die mensis februarij anno dominj millesimo quingentesimo vicesimo Indictione nona et sanctissimi in cristo patris et domini domini nostri leonis diuina prouidentia pape decimj anno octauo

Magister Thomas Chawmer

. . . .

Magister dauid menzeis notarius publicus ad hec
sua manu propria
dominus Andreas culp manu propria
dominus Iohannes Waus manu propria
dominus dauid Waus manu propria
Ita est dauid nichylsone manu propria
dominus Iohannes fyfe manu propria
dominus Willelmus couper ad hec manu propria

magister robertus masoun manu propria
dominus Iohannes murray manu propria
magister Willelmus philipsoun ad hec manu propria
dominus dauid medyltoune manu propria
dominus dauid baxter manu propria

LXXIII.

OMNIBUS HANC CARTAM visuris vel audituris dominus Walterus blair capellanus altaris sancte crucis situati in ecclesia diuj nicolaij de Abirdene eternam in Domino Salutem cum omnes stabimus ante tribunal domini nostri ihesu cristi siue bonum siue malum fuerit recepturi prout in corpore gessimus Igitur diem extremi Iudicij operibus misericordie expediens est preuenire ut seminata in terris multiplici fructu colligamus in celis Vnde noueritis me in augmentum diuini cultus et honorem dei omnipotentis beatissime virginis marie matris eius ac omnium sanctorum et sanctarum dedisse concessisse et hac presente carta mea confirmasse deo omnipotenti gloriosissime virgini marie et omnibus sanctis ac capellanis chori beati nicolaj ecclesie parochialis de abirdene perpetuis pro vno anniuersario annuatim celebrando post obitum meum et in die obitus mei cum missis celebrandis per ipsos capellanos et eorum quemlibet per totum octauarium ut moris est dicte ecclesie cum palsacione campane nocte precedente per opidum et in ecclesia in crastino ad missam ad altare sancte crucis pro anima mea ac animabus alexandri blair patris mei et matris mee elizabeth barcula mariorie blinschel nouerce mee et pro quibus orare tenebar et omnium fidelium defunctorum vnum annuum redditum decem solidorum vsualis monete regnj scotie leuandum annuatim de tota et integra terra tam anteriori quam interiore Wilhelmj blinscheill Iacente infra dictum burgum in vico nauium ex boreali parte eiusdem vici inter terram simonis gardin ex orientali ex vna et terram dominj de forbes ex occidentali partibus ab altera et communem viam regiam versus austrum tenendum habendum ac possidendum totum et integrum dictum annuum redditum decem solidorum dictis capellanis et suis successoribus capellanis dicti chori perpetuis a me et heredibus meis in puram et perpetuam elemosinam Imperpetuum cum omni Iure et Iuris clameo et cum omnibus et singulis libertatibus commoditatibus et asiamentis ac iustis suis per-

fol. 55[1]

15 Aprilis 1603 productum coram balliuis per andream kyng collectorem contra walterum collisoun in modum probationis mollesoun scriba

tinenciis quibuscunque ad dictum annuum redditum spectantibus seu Iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum adeo libere plenarie integre honorifice bene et in pace in omnibus et per omnia sicut aliquis annuus redditus infra regnum scocie in puram elemosinam datur conceditur aut possidetur sine reuocacione reclamacione aut contradictione aliquali mei heredum meorum aut assignatorum seu aliorum quorumcunque nomine nostro aut ex parte nostra Reseruando per omnia michi ipsi dictum annuum redditum pro toto tempore vite mee dumtaxat Et ego vero dictus dominus Walterus obligo me et heredes meos ad varantizandum acquietandum et defendendum dictum annuum redditum decem solidorum dictis capellanis et suis successoribus capellanis in omnibus et per omnia ut premissum est contra omnes mortales per omnes terras et possessiones meas habitas et habendas omnibus fraude et dolo semotis Imperpetuum In cuius testimonium rei huic presenti carte mee Sigillum meum est appensum apud Abirdene decimo quinto die mensis maij anno dominj millesimo quingentesimo vicesimo secundo presentibus honorabilibus viris

Ita est Thomas chawmer curatus de Aberdene manu propria
dominus Andreas culp manu propria
dominus Willelmus cowper ad hec manu propria
dominus Willelmus phileppi ad hec manu propria
Willelmus philipsoun presbiter ad hec manu propria ita est

LXXIV.

fol. 55 [2]

Tertio Maij 1603 productum in modum instructionis mollesoun scriba

OMNIBUS hanc cartam visuris vel audituris Dominus Iohannes wauss presbiter sanctorum Iacobi martinj et katerine altarium in templo parochiali diuj Nicholaij burgi de Abirdene situatorum Capellanus perpetuus salutem in domino sempiternam Quoniam secundum appostolum ciuitatem non habemus hic permanentem et alibi Qui seminat in benedictionibus de benedictionibus et metet Sciatis me ad diuini cultis augmentum in dei omnipotentis honore gloriosissime dei genetricis semper benedicte diuj martinj et tocius celestis curie Dedisse concessisse et hac presente carta mea confirmasse vicario curato et capellanis fratribus chori seu collegij diuj nicolaij prefati burgi et suis successoribus residentibus et diuina celebrantibus dumtaxit

Vnum annuum redditum vigenti solidorum monete scocie annuatim et pro perpetuo leuandorum ad duos annj terminos vsuales per equales portiones decim videlicet solidos ad festum pentecostes et alios decim solidos ad festum diui martinj in yeme in puram et perpetuam elimosinam de mea propria terra tota et integra cum pertinenciis in vico viride infra dictum burgum Iacente ex parte boreali eiusdem vici inter terram quondam henrici bawn ex occidentali ex vna duas vias regias ex australi et orientali partibus ab altera et terram alexandri goithra versus boream Pro quo quidem annuo redditu dicti vicarius curatus et fratres chori et sui successores specialem tenebuntur reddere refectionem videlicet omnibus et singulis sabbatis diebus pro mea anima animabusque parentum benefactorum et eorum quorum debitor sum vnam celebrare missam de beata virgine maria sine nota ad altare diuj martinj cui celebranti collector de salario scilicet quatuor denariis immediate satisfaciet INSUPER eiisdem me fundasse Noueritis et eadem carta irreuocabiliter confirmasse alios annuos redditus ad summam viginti trium solidorum et quatuor denariorum de terris ut sequitur In primis de tota et integra terra capellanorum eiusdem chori in vico furcarum prefati burgi ex occidentali parte Iacente inter terram quondam Walteri quhit ex boreali ex vna et terram quondam andree baxster ex australi ab altera et communes vias regias versus oriens et occidens Quinque solidos quatuor denarios Item de Iugeribus prediis croftis siue agris de Inuerrowry In primis de terra henrici Iohnsoun infra dictum burgum ex parte occidentali eiusdem Inter terras dominj de Warderis ex boreali et australi partibus communem viam regiam versus oriens et terras domini nostri regis versus occidens decem solidos De Duobus Iugeribus ly Rudis quondam thome zong burgensis eiusdem burgi ex occidentali parte Iacentibus inter terras dominj nostri regis ex australi et terras Willelmi henrisoun ex boreali partibus ab altera quatuor solidos De terris thome rethe Iacentibus inter terram Iohannis brankaucht ex australi et terram Iohannis huchosoun ex boreali partibus ab altera communem viam regiam versus oriens et terram dominj nostri regis versus occidens duos solidos De terris hugonis zong infra dictum burgum ex orientali parte eiusdem Iacentibus inter terram ecclesie parochialis eiusdem ex boreali ex vna et terram dicti hugonis zong ex australi partibus ab altera duos solidos INSUPER Walterus banzenacht infeodauit dominum dauid Wauss nomine procuratorio fratrum predicti collegij diuj

Andrew dargis Land and his sons ye Land in ye greyn as apperis stand was kayes Land and sibbault's Land nixt ye Den burn.

nicolaij in quinque Rudis Iugeribus siue pretticatis terrarum pro clausula releuationis varantizationis seu indempnitatis predictorum octodecim solidorum ly donaldis croftis vocatorum prout in euidentijs desuper confectis fol. 56[1] plenius continetur Quosquidem redditus sic volo disponj pro anniuersario pro anima mea et anima mei fratris germani Dauid waus et omnium fidelium defunctorum per predictos vicarium seu curatum et capellanos pro tempore presentes et residentes annuatim in dominica quinquagesima celebrando exequias seu vigilias videlicet solemniter in nocte precedente cum missa de nota dominica ut dictum est cum trigintali per ebdomidam sequentem ut moris est et distributiones manuales fient presentibus solum et celebrantibus Ita quod collector monimentum exornet tapete et luminaribus decenter ut moris est sacriste pro trina pulsatione ad vigilias et totidem vicibus ad missam dentur quatuordecim denarij preconi ville duo denarij Residentj ut dictum est detur capellanis et facultatibus si quid supersit de animabus fundationibus Et ad hoc faciendum et ad premissum per nos et nostros successores inviolabiliter fore obseruandum sub nostris cyrographis et notariorum nostri gremij signaturis sub ypotheca omnium bonorum nostrorum et successorum communium presencium et futurorum de vnanimi consensu decernimus et decreuimus per presentes In Cuius Rei testimonium sigillum meum et sigillum honorabilis viri patricij leslie vnius balliuorum de abirden et datoris sasine sunt appensa apud abirden secundo Die mensis augusti Anno dominj millesimo quingentesimo vigesimo secundo

Magister Thomas chawmer curatus de Abirdene ad hec manu propria
magister dauid menzes ad hec manu propria
dominus andreas culp ad hec manu propria
dominus dauid wauss manu propria
magister willelmus philipsoun ad hec manu propria
magister robertus masoun manu propria
dominus willelmus couper manu propria
dominus gylbertus nycholsone manu propria
dominus Iohannes goldsmytht manu propria
dominus Iohannes cumyng manu propria
dominus Brien dyce manu propria
dominus dauid leis manu propria

dominus alexander robsoun manu propria
dominus thomas rynie manu propria
dominus Iohannes waus teste manu propria presentis fundator

Chirographum scribae

Hec est vera Copia Carte principalis reuisa et perlecta per me magistrum Dauid nicholsone notarium publicum et scribam curie abirdonensis dioceseos nichill addendo nec remouendo quod facti substanciam immutet set concordans cum suo principali de verbo in verbum teste hac mea subscriptione manualj

Ita est dauid nicholsone notarius publicus manu propria

LXXV.

OMNIBUS hanc Cartam visuris vel audituris Curatus et Capellanj chori ecclesie perrochialis diuj nicolaij de abirdene eternam in domino salutem Noueritis nos Cum consilio auisamento et consensu honorabilis viri Iohannis Mar olim prepositi de abirdene vtilitate nostra in hac parte vndique preuisa et diligenter considerata dedisse concessisse et ad feudifirmam dimississe et hac presente carta nostra confirmasse honesto viro Iohannj neilsoun incole dicti burgi Totas et integras illas quatuor particatas terrarum nostrarum Nobis per eundem Iohannem mar in puram et perpetuam elemosinam concessarum Iacentes in territorio Croftorum de futtey vnam videlicet inter terram capellanie diuj andree infra dictam ecclesiam fundate ex australi ex vna terram Iohannis arthour ex boreali partibus ab altera Terram andree cullan versus oriens et fluxum maris versus occidens duas illas particatas terrarum nostrarum Iacentes inter terram dicti Iohannis arthour versus austrum Terram gilberti Menzeis versus boream Terram Walter hovesoun versus oriens et huiusmodi Maris fluxum versus occidens Et Similiter quartam illam particatam dictarum terrarum Iacentem inter terram richardj cryn ex australj ex vna terram altaris sancte crucis infra eandem ecclesiam ex boreali partibus ab altera quondam antiquum aqueductum versus oriens et fluxum maris predictum versus occidens TENENDAS et habendas totas et Integras dictas terras cum pertinenciis prefato Iohannj heredibus suis et suis assignatis de nobis et successoribus fol. 56[2]

nostris in feodo et hereditate Imperpetuum cum omni Iure et Iurisclameo Cum debitis longitudine et latitudine per omnes rectas metas suas antiquas et diuisas SOLUENDO Inde annuatim dictus Iohannes heredes suj et assignati nobis et successoribus nostris capellanis dicti chori vnum annuum redditum sexdecim solidorum vsualis monete scotie ad terminos vsitatos et consuetos Ac faciendo Inde supremo domino nostro regi seruitium de dictis terris debitum et consuetum quantum pertinet ad easdem tantum pro alio seruitio seculari exactione Seu demanda que dictis terris cum pertinenciis aliqualiter exigi poterit aut requirj Et nos vero dicti curatus et capellanj et successores nostri Totas et Integras dictas quatuor particatas terrarum cum pertinenciis prefato Iohannj heredibus suis et assignatis per omnes terras et possessiones nostras contra omnes mortales varantizabimus acquietabimus et Imperpetuum defendemus omnibus fraude et dolo seclusis IN CUIUS rej testimonium Sigillum nostrum commune vnacum nostris subscriptionibus Manualibus acetiam Sigillum dicti Iohannis mar nostri fundatoris in hac parte suj consensus et patricij leslye balliuj dicti burgi et datoris sasine presentibus sunt appensa Apud eundem penultimo die mensis Iulij anno domini millesimo quingentesimo vigesimo Coram prouidis et honestis viris Iohanne craik willelmo wattsone alexandro Wentoune burgensibus de abirdene valtero saffray sergiando et magistro dauid nicholsone notario publico ac scriba Curie testibus etc

LXXVI.

fol. 57[1] OMNIBUS hanc Cartam visuris vel Audituris Dominus willelmus philpsone capellanus et stipendiarius altarium beati Iohannis baptiste et trium regum infra ecclesiam parochialem Diui nicolaij de abirdene situatorum et fundatorum eternam in domino salutem Noueritis me in augmentum diuini cultus et in honorem intemerate genetricis dei marie sancteque anne matrone matris eiusdem gloriose virginis omniumque celestium ciuium Necnon pro salute anime mee et animarum parentum amicorum fundatorum et benefactorum meorum eorumque omnium a quibus aliqua bona minus Iuuste habui et omnium fidelium defunctorum dedisse concessisse et in puram et perpetuam alemosinam assignasse et hac presente carta mea confirmasse Vicario et capellanis chori ecclesie parochialis antedicte et suis successoribus

residentibus et diuina pro tempore celebrantibus duntaxat Totam et integram illam terram meam anteriorem interiorem et ortum eiusdem cum pertinenciis Iacentem infra dictum burgum in vico veridi ex orientali parte eiusdem inter terram quondam alexandri Roucht ex boreali ex vna terram villelmi vobster ex australj partibus ab altera communem viam regiam versus occidens et aqueductum molendinorum dicti burgi versus oriens Tenendam et habendam totam et integram dictam terram cum pertinenciis prefatis vicario et capellanis et suis successoribus a me et heredibus meis de supremo domino nostro rege et suis successoribus regibus scocie Imperpetuum cum omni Iure et Iuris clameo cum debitis longitudine et latitudine cum edificiis desuper constructis et construendis ac cum omnibus aliis et singulis libertatibus commoditatibus et asiamentis ac Iustis suis pertinenciis quibuscunque tam non nominatis quam nominatis tam subtus terram quam super ad dictam terram spectantibus seu Iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum Adeo libere plenarie integre honorifice bene et in pace in omnibus et per omnia sicut aliqua terra infra regnum scocie in perpetuam elimosinam dimittitur aut conceditur reseruato tamen michi per omnia liberum tenementum et vsumfructionem eiusdem omnibus diebus vite mee Vno tamen annuo redditu decem solidorum annuatim leuando per dictos vicarium et capellanos nomine domini dempto et obtento Faciendo inde dicti vicarius et capellani et eorum successores Supremo domino nostro regi seruicium burgagium inde debitum et consuetum Necnon celebrantibus annuatim durantibus diebus vite mee ad predictum altare trium regum vnam anniuersariam missam videlicet de nota cum trigentali per ebdomadem in dominica secunda quadragesime pro anima et intentione mea et animabus supradictis Et collector qui pro tempore fuerit capellanis presentibus duntaxat de sallario pre manibus persoluet et statim satisfaciet me ante defuncto et viam vniuerse carnis ingresso dicti capellani et eorum successores tenebuntur ebdomadatim qualibet feria tertia ad predictum altare trium regum siue ad magnum altare dicte ecclesie vnam missam de diua et gloriosa anna matrona pro intensionibus supradictis Et hoc tantum pro omni alio seruitio seculari exactione seu demanda que de predicta terra cum pertinenciis aliqualiter exigi poterit uel requiri Et ego vero dictus dominus Willelmus heredes mei et assignati totam et integram dictam terram cum suis pertinenciis fol. 57[2]
prefatis vicario et capellanis et eorum successoribus Imperpetuum

contra omnes mortales varantizabimus acquietabimus et defendemus per omnes terras et possessiones nostras Et nos vero capellani antedicti obligamus nos et successores nostros in vberiore forma ad sustentanda et perimplenda omnia diuina suffragia antedicta In cuius rei testimonium hanc meam Cartam mea propria manu subscripsi Nos vero capellani capitulariter ad hoc congregati corpus capituli representantes vnacum consensu et assensu hoc presens scriptum nostris Cyrographis roborauimus et approbauimus apud abirdene quinto die mensis marcij anno domini millesimo quingentesimo vigesimo tercio Coram testibus magistris Iohanne marschell andrea cullan adriano marschell dominis thoma lamyntoun valtero blair patricio stevinsone et hugone valcar cum diuersis aliis

Ita est thomas chawmer curatus de abirdene manu propria
dominus andreas culp manu propria
Willelmus philipsoun presbyter ad hec manu propria notarius publicus ita est
dominus Willelmus couper ad hec manu propria
dominus dauid Wauss manu propria
magister Dauid menzeis manu propria
dominus Iohannes Waus manu propria
Ita est dauid nicholsone manu propria
dominus Iohannes Cumyng manu propria
dominus thomas bynie manu propria
dominus dauid leis manu propria
dominus dauid Lorimar manu propria
dominus alexander robertsoun manu propria
dominus gilbertus nicholsone manu propria
dominus Iohannes goldsmytht manu propria

Ego dominus Willelmus philippi capellanus fundator huiusmodi fundationis ratifico approbo et confirmo et renuncio liberum tenementum seruitio facto omnibus diebus vite mee Et infringentes meam fundationem maledicantur maledictione dei omnipotentis Apostolorum petro et paule et confundantur in eternam

villelmus philippj ad hec manu propria

LXXVII.

IN dei nomine Amen per hoc presens publicum Instrumentum Cunctis pateat Euidenter quod Anno Incarnationis dominice millesimo quingentesimo vigesimo quarto Mensis vero maij die vigesimo octauo Indictione duodecima Pontificatus sanctissimj in Christo patris Ac dominj nostrj dominj clementis pape decimj anno secundo In mei notarii publici et testium infrascriptorum presencia personaliter constitutus honorabilis vir Willelmus Rolland vnus balliuorum burgi de abirdene virtute cuiusdam resignationis per quondam Willelmum blinsell burgensem de abirden in manibus suis facte contulit et cum effectu deliberauit Discreto viro domino willelmo Cupar Capellano altaris beate [*sic*] thome martiris infra ecclesiam parochialem abirdonensem situati procuratori et eo nomine Capellanorum Chori eiusdem possessionem statum et sasinam successorias vnius annuj redditus viginti quatuor solidorum annuatim leuandi et percipiendi de totis et integris illis duabus terris Contigue Iacentibus infra dictum burgum In vico superiore ecclesie ex australi parte eiusdem inter terram quondam roberti club ex orientali ex vna terram quondam alexandri howesone ex occidentali partibus ab altera Communem viam regiam versus boream et terram alexandri ruyerfurd versus austrum dicto Willelmo proantea debitam per terre et lapidis donationem contulit et in effectu deliberauit Necnon per vnius denarij de intoll induxit imposuit et corporaliter inuestiuit secundum laudabiles consuetudines burgorum saluo Iure cuiuslibet dandas et concedendas dictis capellanis et eorum successoribus procuratoribus quod liberam potestatem et facultatem dictas terras namandi et distringendj pro dicto annuo redditu sine quocunque Iuris ministro set ad proprias manus ut moris est tociens quociens opus fuerit super quibus omnibus et singulis dictus dominus Willelmus nomine procuratorio quosupra a me notario publico subscripto sibi fieri petijt presens publicum instrumentum Acta erant hec super solum dictarum terrarum horam circiter nonam ante meridiem sub anno die mense Indictione et pontifficatu quibus supra Presentibus ibidem honorabilibus et prouidis viris Waltero Cullan Magistro andrea tulidef Willelmo rolland Iuniore Duncano tulidef michaele tulidef Et dauid heroun Sergiando vnacum diuersis alijs et singulis testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis

fol. 58[1]

Possessio annui redditus xxiiij solidorum datorum per quondam Willelmum blinsell

23 Martij 1606

productum in modum Instructionis Mollesoun scriba

Chirographum scribae

Et Ego dauid nicholsone Arcium professor scribaque Curie balliuorum abirdonensis et eiusdem dioceseos necnon sacra apostolica auctoritate notarius publicus quia premisse possessionis dacioni ceterisque omnibus aliis et singulis dum sic premittitur dicerentur et fierent vna cum prenotatis testibus presens personaliter interfui eaque omnia et singula sic fieri vidj et audiuj et eadem in notam cepi Ideoque hoc presens publicum Instrumentum aliena manu fideliter scriptum me aliis occupato negotiis signo et nomine meis solitis et consuetis signatum et roboratum exinde confecj rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum

LXXVIII.

fol. 58 2

OMNIBUS hanc cartam visuris vel audituris Iohannes Artour burgensis de Aberdene salutem in domino Sempiternam premeditato quod omnes stabimus ante tribunal domini nostri Ihesu christi prout in corpore gessimus siue bonum siue malum fuerit recepturi propter quod bonum est diem extremi Iudicij operibus misericordie preuenire sic que seminata in terris multiplici fructu in celis colligere valeamus NOUERITIS Igitur me in augmentum diuini cultus et Intuitu caritatis pro salute anime mee parentum meorum fratrum sororum vxorum et eorum omnium a quibus aliqua bona minus iuste habui omniumque fidelium defunctorum in penis purgatorii existentium In honore et veneratione dei omnipotentis eius Intemerate genetricis marie ac Amantissimi et dilectissimi Nominis Ihesu saluatoris nostri Cui omne genu flectatur et omnium supernorum Ciuium dedisse concessisse et in puram et perpetuam Elemosinam assignasse Discreto viro domino Iohanni vaus Capellano et suis Successoribus perpetualiter celebraturis ad altare infra Ecclesiam parochialem diui Nicholaij Aberdonensem per me Nouiter erectum et Constructum in veneratione et honore dicti Reuerendissimi nominis Ihesu Totam et integram Illam terram meam anteriorem ex meo proprio conquestu Recuperatam Iacentem infra dictum burgum in vico superiore Ecclesie ex australi parte eiusdem inter terram Interiorem domini Iohannis Ruthirfurd militis ex australi ex vna terram quondam Roberti Club ex occidentali et communes vias regias versus boream et oriens TENENDAM ET

HABENDAM totam et Integram dictam terram anteriorem cum suis pertinenciis prefato domino Iohanni et suis Successoribus de me et heredibus meis in puram et perpetuam Elemosinam Imperpetuum cum omni Iure et Iuris Clameo cum debitis longitudine et latitudine cum edificijs desuper constructis et construendis cum lapidibus et calce ac cum omnibus aliis et singulis libertatibus commoditatibus et asiamentis ac Iustis suis pertinenciis Imperpetuum tam nominatis quam non nominatis tam subtus terram quam supra ad dictam terram spectantibus seu iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum adeo libere et in pace sicut aliqua terra infra regnum scotie in puram Elemosinam datur aut conceditur sine quocunque retenemento aut obstaculo dicto domino Iohanni personalem residentiam infra dictum burgum facienti et sui successores similiter ac etiam quotidie cum dispositi fuerint celebraturi ad dictum altare pro salute mea et omnibus Intentionibus meis ut supra Necnon Chorum huiusmodi ecclesie dominicis et aliis festiuis diebus decorantes Et si contingat dictum dominum Iohannem et suos Successores in premissis aut aliquo premissorum deficere nisi fuerit causa Egritudinis aut ex speciali facultate patronj pro tempore Aut si contingat edificia huiusmodi terre deficere in defectu Capellanj in toto vel in parte tunc licitum erit patrono cum eadem Capellania intromittere et cum vniuersis fructibus eiusdem et ad applicandas easdem ad reparationem huiusmodi edificiorum quibus reparatis licitum erit dicto patrono de eadem Cuicunque capellano ydoneo disponere et eidem sinitur conferre absque quocunque obstaculo Et ego vero dictus Iohannes heredes mei et assignati totam et integram dictam terram cum pertinenciis prefato domino Iohanni et suis successoribus per omnes terras et possessiones nostras contra omnes mortales varantizabimus acquietabimus et Imperpetuum defendemus Infringentes Igitur aut in aliquo infringere procurantes hanc meum fundationem donationem Concessionem et elemosine confirmationem Indignationem dei omnipotentis et Intemerate eiusdem genitricis marie omniumque Celestium ciuium se nouerint Incessuros IN CUIUS Rei testimonium Sigillum meum vnacum sigillo honorabilis viri Iohannis Collisone vnius balliuorum de Aberdene et datoris sasine presentibus sunt affixa Iure vero patronatus dicte Capellanie michi et heredibus meis reseruato quibus deficientibus preposito et Consulibus de Aberdene perpetualiter remanente Et ad maiorem premissorum euidentiam huic presenti Carte fundationis mee manualis

mea propria scriptura est affixa Apud eundem decimo quarto die mensis Augustj anno domini millesimo quingentesimo xx° Testibus honorabilibus et prouidis viris domino Iohanne Ruthirfurd milite Arthuro Wrquhard gavino murray burgensibus de Abirdene Waltero sandry sergiando et Magistro dauid nicholsone Notario publico et scriba Curie pro tempore

Chirographum

Hec est vera Copia principalis carte fundationis donationis et concessionis nil addendo nec diminuendo quod rei substanciam mutet aut Intellectum variet sed principalj in omnibus concordans fideliter scripta et collacionata per me Magistrum thomam zoung Notarium publicum sub meis Signo et subscriptione Manualibus in consimilibus Consuetis et vsitatis

LXXIX.

fol. 59[1]

Possessio Annui redditus xviij solidorum datorum per honorabilem virum Iohannem blak burgensen de abirdene

This annuell on yis Life in use of payments hospitall and all

IN dei nomine Amen per hoc presens publicum Instrumentum Cunctis pateat euidenter quod Anno Incarnationis dominice millesimo quingentesimo vigesimo quarto mensis vero Decembris die vndecimo pontificatus sanctissimj in Christo patris ac domini domini nostri clementis diuina prouidencia pape septimj anno secundo In mei notarij publicj et testium infrascriptorum presencia personaliter constitutus Prouidus vir Iohannes blak burgensis de abirdene Non vi aut metu ductus nec errore lapsus seu quouis dolo circumuentus set sua mera pura et spontanea voluntate animo non variandi ut apparuit Totum et integrum illum annuum redditum suum octodecim solidorum cum pertinenciis annuatim exeuntem et leuandum ad duos annj terminos vsuales penticostes videlicet et Sanctj martinj in yeme per equales porciones de tota et integra terra quondam alexandri tulidef pistoris Iacente infra dictum burgum in capite vici inferioris ecclesie inter terram dicti Iohannis blak ex orientalj ex vna et communem viam regiam ex occidentalj partibus ab altera terram quondam dauid andersone versus austrum et communem viam regiam versus boream In manibus honorabilis patricij leslie vnius balliuorum dicti burgi per vnum denarium de outtoll sursum reddidit pureque et simpliciter resig-

nauit Ac totum Ius et clameum proprietatem et possessionem que et quas habet habuit aut habere potuit in et ad huiusmodi annuum redditum octodecim solidorum cum pertinenciis omnino quietum clamauit Imperpetuum Ad dandum sasinam et possessionem hereditarias eiusdem capellanis chori ecclesie parochialis diuj nicholaij de abirdene donec et quousque dicti capellanj aut sui successores per eundem Iohannem aut suos heredes infeodantur et statum possessionem et sasinam hereditarias habuerint vnius annuj redditus sex solidorum et octo denariorum in alio loco sufficientis et convenientis dictis capellanis Et consequenter Idem balliuus de speciali mandato ipsius domini resignat statum possessionem et sasinam successorias tocius et integrj Annuj redditus octodecim solidorum prenotati discreto viro domino dauid Waus collectori et procuratorj dictorum capellanorum nomine eorundem per denarij de intoll donacionem contulit et cum effectu deliberauit et ipsum in eodem induxit imposuit et corporaliter inuestiuit apud eosdem remansuro donec et quousque eisque prouideatur de supradicto annuo redditu per eundem Iohannem aut suos heredes Super quibus omnibus et singulis dictus dominus collector a me notario publico sibi fieri peciit presens publicum instrumentum Acta erant hec super dictum terre solum horam circiter decimam ante meridiem sub anno die mense indictione et pontifficatu quibus supra presentibus Ibidem honorabilibus viris Ioanne rutherfurd roberto blak dauid baune burgensibus de abirdene domino Ioanne Waus capellano et thoma blair sergiando cum diuersus aliis testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis &c

Chirographum

Et ego dauid nicholsone Arcium professor scribaque curie balliuorum aberdonensis et eiusdem dioceseos necnon sacra apostolica auctoritate notarius publicus quia premissis resignacioni possessioni et dacioni ceterisque omnibus aliis et singulis dum sic ut premittitur dicerentur et fierent vnacum prenotatis testibus presens personaliter interfui Eaque omnia et singula sic fieri vidi et audiui et eadem in notam cepi ideoque hoc presens publicum instrumentum aliena manu fideliter scriptum exinde confecj signauj et subscripsi rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum

LXXX.

fol. 59[2] IN die Nomine Amen Per hoc presens publicum Instrumentum Cunctis pateat euidenter quod Anno ab Incarnatione dominj millesimo quadringentesimo octuagesimo primo mensis vero marcij die vicesima secunda indictione vltima pontificatus sanctissimj in cristo patris dominj nostri dominj sexti diuina prouidentia pape quartj anno vndecimo In venerabilis viri magistri roberti halkerstoun commissarij Reuerendi patris Willelmi electj Rossensis confirmati ac Reuerendissimj in cristo patris et domini dominj Willelmj miseratione diuina archiepiscopi Sanctiandree infra partes laudonie officialis pro tribunali sedentis meique notarij publici et testium infrascriptorum presencia personaliter constitutus magister Iohannes de camera succentor morauiensis ac magistri hospitalis sancti thome de abirdene michi notario infrascripto ac scribe curie dicti Reuerendj patris officialis quandam cartam sigillo alexandri petcairne de mondinis quodam domino sigillatam tradidit perlegendum tenorem quj sequitur continentem OMNIBUS HANC CARTAM visuris uel audituris Alexander petkarine de mondinis salutem in domino sempiternam Noueritis me vtilitate mea in hac parte preuisa et diligenter considerata ad debita mea acquitanda in quibus erga patres creditores tempore confectionis presencium extiti oneratus dedisse concessisse et vendisse tituloque pure vendicionis alienasse et hac presenti carta mea confirmasse venerabili et circumspecto viro magistro Iohanni clat et suis assignatis vnum annuum redditum sex mercarum vsualis monete scocie exeuntem annuatim leuandum et percipiendum ad manus proprias dicti magistri Iohannis et assignatorum suorum de terris meis de mondinis et specialiter de le estirtoun et Westirtoun et deficientibus illis de totis terris meis de mondinis cum pertinenciis Iacentibus in baronia de mondinis infra vicecomitatum de kincardin pro quadam certa summa pecunie quam dictus magister Iohannes michi in mea magna et vrgenti necessitate in pecunia numerata fideliter persoluebat Tenendum et habendum totum et integrum dictum annuum redditum sex mercarum cum pertinenciis prefato magistro Iohannj et assignatis suis de me heredibus et assignatis meis in feodo et hereditate imperpetuum ad duos annj terminos vsuales penticostes videlicet et sanctj martinj in hieme per equales porciones cum omnibus liberis potestate et facultate omnes et singulas terras meas predictas cum perti-

4 lib of ye Landis of Mandynis

nenciis pro toto et integro dicto annuo redditu cum pertinenciis vel pro aliqua eius parte tociens quotiens fuerit opus namandj et distringendi pro libito sue voluntatis et assignatorum suorum Necnon cum omnibus alijs et singulis commoditatibus libertatibus asiamentis et iustis suis pertinenciis quibuscunque ad dictum annuum redditum spectantibus seu quouismodo spectare valentibus in futurum libere quiete plenarie integre honorifice bene et in pace sine aliqua Reuocacione reclamacione aut contradictione mei heredum uel assignatorum meorum ne aliorum quorumcunque nomine nostro aut ex parte nostra inde faciendis in futurum Reddendo inde annuatim prefatus magister iohannes et sui assignati michi heredibus uel assignatis meis vnum denarium argentj super solo dictarum terrarum de mondinis ad festum penticostis nomine albe firme si petatur tantum pro omni alio seruicio seculari exactione uel demanda que de dicto annuo redditu cum pertinenciis per me heredes uel assignatos meos aliqualiter exigj poterit uel requirj Et si contingat me heredes uel assignatos prefatum magistrum Iohannem uel assignatos suos in perceptione pacifica dicti annuj redditus annuatim ad terminos statutos impedire inquietare uel molestare Obligo me heredes et assignatos meos ad satisfaciendum prefato magistro Iohannj et assignatis suis de damnis expensis et interesse sicuti de principali annuo redditu si ipse ipsi mei heredum uel assignatorum meorum dolo uel culpa que sustinuerit uel sustinuerint absque aliqua exceptione in Iudicio uel extra per me heredes uel assignatos meos in contrarium proponenda Et si contingat me heredes uel assignatos meos contra predicta deuenire uel presentem cartam confringere uel adnullare quocunque colore uel ingenio obligo me heredes meos et assignatos ipsam infringentes uel adnullantes ad soluendum prefato Iohannj uel suis assignatis ducentas libras monete scocie antequam coram aliquo Iudice ecclesiastico uel secularj placitando fuerimus auditi nullo Remedio Iuris **fol. 60**[1]
in contrarium proponendo Insuper ego predictus alexander consencio pro me heredibus meis et assignatis ut cultus diuinus ampleatur quod predictus annuus redditus in honorem dei omnipotentis ecclesie imperpetuum assignetur Quem annum redditum obligo me heredes et assignatos meos prefato magistro Iohannj et suis assignatis per omnes terras et possessiones meas dictas varantizare acquietare et imperpetuum defendere In cuius rei testimonium huic presenti carte mee Sigillum meum proprium est appensum apud mondinis vicesimo secundo die mensis

marcij Anno dominj millesimo quadringentesimo quinquagesimo octauo testibus ibidem presentibus domino cristofero holland capellano de drumlethy et Iohanne petkarine fratre meo carissimo Qua lecta Idem magister Iohannes inquisiuit ab alexandro petkarine domino de mondinis nepote dicti alexandri ad instanciam dictj magistrj Iohannis citato si velit aliquid apponere aut dicere contra dictam cartam Qui respondit quod non quia bene recognouit dictam cartam sigillatam sigillo alexandri petkarine auj suj Ac in singulis punctis eam Ratificauit et approbauit Necnon de cetero promisit soluere dictum annuum redditum in eadem carta contentum prefato magistro Iohannj et suis successoribus magistris et capellanis dicti hospitalis Iuxta vim formam et tenorem carte mortificacionis Supremj domini nostri regis de et super dicto annuo redditu sex mercarum dicto hospitali pertinente tunc In Iudicio per dictum magistrum Iohannem sub magno sigillo dicti supremj domini nostri regis productum Insuper Idem alexander in presencia Iudicis fatebatur se debere predicto magistro Iohannj de terminis preteritis dicti annuj redditus quinquaginta duos solidos monete scocie Quam summam prefato magistro Iohannj soluere ac sibi in solutione dicti annuj redditus ad terminos in carta suprascripta contentos parere in futuris temporibus obedire Idem dominus Iudex dictum Alexandrum sub pena excommunicationis monuit et precepit Super quibus omnibus et singulis prefatus magister Iohannes a me notario publico subscripto sibi fierj publicum Instrumentum Acta erant hec in camera prefatj domini Iudicis infra burgum de edinburgh sub anno die mense Indictione et pontificatu quibus supra presentibus ibidem venerabilibus viris Iacobo Rynde de bropmouth Archibaldo Rate domino thoma mvdy capellano et notario publico testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis etc etc

Chirographum

Et ego georgius Cotis presbyter sanctiandree dioceseos publicus auctoritate imperiali notarius quia premissis omnibus et singulis dum sic ut premittitur dicerentur agerentur et fierent vnacum prenominatis testibus presens interfuj vnacum notario publico subscripto eaque omnia et singula sic fieri dici vidi sciuj et audiuj Ac in notam cepi Ideoque hoc presens publicum instrumentum manu alterius fideliter scriptum exinde confecj signoque et nomine meis solitis et consuetis signauj rogatus et requisitus in fidem et testimonium premissorum

Chirographum

Hec est vera et indubitata copia siue transsumptum transsumpti carte originalis de mondinis vnius annuj redditus mercarum sex mortificatarum hospitali sancti thome magistris de abirdene et capellano eiusdem et successoribus suis imperpetuum nil ei addendo aut minuendo quod facti substanciam immutet aut intellectum variat manu mea scripta seu scriptum per me magistrum Willelmum philipsoun fideliter sacris auctoritatibus papali et imperiali notarium publicum clericum abirdonensis dioceseos collacionata et auscultata seu collacionatum et auscultatum et concordat cum suo originali transsumpto transsumpti de verbo in verbum quod attestor signo nomine et cognomine meis solitis et consuetis vnacum cum subscriptione manuali et chirographo meo huic transsumpto apposito anno domini millesimo quingentesimo vicesimo sexto die vero mensis Iunij decimo tercio

LXXXI.

fol. 60[2]

Fundatio Ionete craufurd

IN die nomine amen per hoc presens publicum Instrumentum cunctis pateat Euidenter quod anno incarnacionis dominice millesimo quingentesimo xxvj^{to} mensis vero decembris die xiiij Indictione decima quinta Pontificatus sanctissimi in christo patris ac domini domini nostri Clementis diuina prouidencia pape septimi Anno quarto In mei notarii publici Et testium infrascriptorum presencia Personaliter constituta Proba et honesta mulier Ioneta craufurd relicta quondam gavini murray burgensis de abirdene Ex certis causis racionabilibus animum suum ad hoc mouentibus Dedit contulit Et libere donauit Prouido viro Thome craufurd burgensi dicti burgi summam viginti librarum vsualis monete regni scocie in pecunia numerata pro vno annuo redditu viginti solidorum dicte monete annuatim exeunte et leuando ad duos anni terminos vsuales penthicostes videlicet et sancti martini in yeme per equales porciones De tota et integra terra sua anteriore Et interiore cum pertinenciis Iacente infra dictum burgum in vico superiore ecclesie ex boreali parte eiusdem inter terram quondam heredum roberti crag ex orientali ex vna Et terram Ioannis murray ex occidentali partibus ab altera per Eundem thomam vicario et capellanis

chori eclesie parochialis diui nicolaii de abirdene conferendo prout in carta eisdem capellanis per Eundem thomam desuper confecta plenius continetur Pro quoquidem annuo redditu dicti capellani obligarunt se Et suos successores ad celebrandum vnum anniuersarium videlicet placebo et dirige in primo sabbato mensis octobris Cum missa de nota in dominica sequenti Et trigentale per ebdomitam annuatim pro anima dicti quondam gavini sponsi sui Necnon pro animabus parentum consanguineorum Et benefactorum Eorundem Necnon pro animabus omnium fidelium defunctorum Et hoc durantibus diebus vite dicte Ionete Post obitum vero eiusdem dicti capellani celebrabunt annuatim vnam missam de nota in die obitus sue cum trigentali per ebdomitam Necnon annuatim in prefata prima dominica octobris pro anima antedicti quondam gavini vnam missam de nota cum suo trigentali per ebdomitam sine placebo et dirige Insuper collector dictorum capellanorum in dictis anniuersariis super monumenta dictorum gavini et Ionete tabulas honestas annuatim collocabit decenter coapertas luminaria cerea inueniet campanas ecclesie trina vice pulsari facient Necnon in vigilia dictorum anniuersariorum preconem per vrbem transire faciet ut incitetur populus fidelis ad orandum pro animabus dictorum quondam gavini et Ionete Necnon omnia alia Et singula facient et perimplebunt in talibus anniuersariis vsitatis et consuetis Ad quod faciendum Antedicti capellani obligarunt se Et suos successores imperpetum in vberiori forma Super quibus omnibus Et singulis dicta Ioneta A me notario publico sibi fieri peciit presens publicum instrumentum Acta Erant hec in capitulo dicte ecclesie horam circiter octauam ante meridiem Sub Anno die mense indictione Et pontificatu quibus supra Presentibus ibidem venerabilibus Et discretis viris magistris dauid menzeis sacris litteris bacchalaurio Willelmo philpsone Et Ioanne nicholsoun notariis publicis Cum ceteris confratribus dicti capituli &c &c

Chirographum

Et Ego dauid Nicholsoune arcium professor . . . . balliuorum aberdonensium . . . . necnon sacra apostolica auctoritate notarius publicus omnibus et singulis . . . .

Reliqua pars attestationis omnino obliterata est

LXXXII.

Fundatio Alexandri malysone

fol. 61[1]

NOUERINT Vniuersi per presentes Nos Curatum et Capellanos Collegii seu Chori Ecclesie diui nicholaij de Aberdene pro tempore obligasse prout tenore presencium nos obligamus et nostros successores Imperpetuum temporibus futuris ad Celebrandam vnam missam in dei omnipotentis laudem et gloriam benedicte matris eius marie et Totius Curie celestis omni sexta feria de quinque wlneribus domini nostri Ihesu christi ad altare beati Iohannis Ewangeliste In intentione et pro anima quondam prouidi burgensis Alexandri malysone et anima margarete kintor sue sponse animabusque suorum parentum prolium ac Consanguineorum Eo et pro quanto quod Idem Alexander malysone nobis dedit et gilbertus malysone suus filius et heres deliberauit in puram Elimosinam ad nostram et Successorum nostrorum sustentationem viginti quatuor libras ad nostram vtilitatem ymmo et Successorum nostrorum sustentationem ac ad construendum reparandum et edificandum nostras domos communes Et precipue illud nostrum tenementum Iacens in vico Nauium inter terram thome chawmer ex boreali ex vna terram heredum quondam thome prat ex australi partibus ab altera communem viam Regiam versus oriens et montem diue catherine virginis versus occidens Et ad hoc faciendum ac per nos nostrosque Successores Inuiolabiliter obseruandum hoc nostrum scriptum nostris manualibus subscriptionibus roboratum ac sub ypotheca omnium bonorum nostrorum communium nostrorumque Successorum presentium et futurorum de vnanimi consensu decernimus et decreuimus per presentes ACTA erant hec in loco Capitulari vnanimi consensu fratrum in eodem corpus capituli presentantium ad hoc specialiter congregatorum in Natiuitate beate marie virginis octaua die mensis Septembris Anno domini millesimo Quingentesimo decimo nono

Magister thomas chawmer curatus de Abirdene manu propria
Magister Ioannes byssat ludi grammatici rector manu propria
dominus Iohannes Wauss manu propria
dominus Iohannes fyff manu propria
dominus dauid Wauss manu propria
dominus Willelmus philipp ad hec manu propria

dominus Ioannes cumyng manu propria
dominus Ricardus andree manu propria
dominus robertus park manu propria
dominus alexander andersoun manu propria
dominus Willelmus couper ad hec manu propria
dominus dauid lorimer manu propria

LXXXIII.

fol. 61[2] BE It kend till all men be yir present lettres ws Curat and chaplanis of ye queir of sanct nicolas kyrk of abirdene To be bundin and straitlie oblest and be ye tenor of ys present writ lelie and treulie bindis and oblegis ws and our successouris To ane ryt honourable man Ihone murray burges of abirdene forsamikle as ye said Ihone movit of devocioun and for his sauill haill has infeft ws and our successouris in all and haill his tenement yat is to say forland inland new and ald barne and zard with yair pertinentes liand in ye castell gait of ye said burght one ye north part of ye same betuix ye land of patre lesly one ye West part ye land of thome andersoun one ye est part and ye kingis gaitis on the south and north partis be ane plain chartour of gift and instrument of possessioun maid to ws yairapoun as in ye samyn is contenit at mair lyntht Reseruan to him and to Ionat gray his spouiss and to ye langest levar of yame tua ye fractenment of ye same for all ye dais of yair lywe And regress agane baith to ye fee and fractenment to ye said Ihonis ayres gif it sall happin him to haue ony lauchfullie gottin of his body and nocht ellis Herfor quhat tyme it sall happin ws or our successouris to intromitt and ouptak ye profeit of ye said land We bind and obless ws and our successouris as said is yat we sall sa and do dalie frathinfurth mess at sanct saluatoris altar within ye said kyrk at sevin houris in ye morning or yairby quhilk sall be callit ye secund mess for ye said Iohne and Ionat his spouiss yair fayeris and moyeris kyne and frendis and for all wyer intentionis yat ya ar indettit to pray for And attour we sall sing solemplie zeirlie one ye day of ye decess of ye said Iohne ane obit for him and ye said Ionat his spouiss yat is to sa placebo and dirige one ye vigill of his decess with ane soung mess one ye said day with ane trentell of messis in ye ouik yat ye said obit sall happin in And our collectour for ye tyme sall zeirlie

sett ane honest stuill apoun ye said Ihonis sepultur decorit with bakin and arress as wss is and sall find sax honest wax candillis to birne one ye stuill and altar in ye time of ye said obit and sall causs ye hand bell of ye said tovnn to pas zeirlie in ye vigill of ye said obit throu ye tovnn to prouok ye saidis Ihone and Ionatis kyne and frendis to cum to yair exequias and all wyer guid nychtbouris to pray for yame And foryer ye said collectour sall zeirlie content and thankfullie pay to Schir Iohne murray chaplane to ye said Ihone in the nayme and behalf of sanct saluatoris altar forsaid ye sovme of fourty schillingis for all ye dais of his lywe and efter his decess to ye principall chaplane of ye said altar quhatsumeuer and ye gift of ye same efter ye said schir Ihonis decess to ramane with ye principall patrovn and fyrst funditour of ye said altar in augmentacioun of his fundacioun ye said chaplane prayand perpetuelle for ye said Ihone and Ionat yair kyne and frendis and wyeris yair just intencionis and for all crissin sauillis Togidder with tua merkis of zeirlie annuell rent aucht furtht of ye said tenement abefoir and ye said fourty schillens to sanct saluatoris altar And ye twa merkis of ye annuell rent forsaid to be pait zeirlie at tua vsuall termis in ye zeir Witsonday and mertinmes allanerlie for all wyer thing yat ma be askit or requirit of ye said land after ye forme of ye chartour And To fol. 62[1]
ye obseruing and keiping of all ye premissis We ye saidis Curat and chaplanis has subscriuit yis writ with our handis At abirdene ye sevint day of marce The zeir of god ane thousand fyw hundreth twenty and sax zeris

LXXXIV.

Fundatio hospitalis Sancti Thome martiris per Magistrum Ioannem Clat fol. 62[2]
Anno Domini 1459

IN dei nomine amen per hoc presens publicum Instrumentum Cunctis pateat evidenter quod anno ab incarnatione domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono mensis vero maij vicesimo octauo indictione septima pontificatus Sanctissimi in christo patris et domini nostri domini pij pape secundi Anno primo Cum omnes stabimus ante tribunal domini nostri iesu christi prout in corpore gessimus recepturi siue bonum fuerit siue malum Ideoque venerabilis et circumspectus vir magister Ihoannes clat ecclesiarum abirdonensis et brechinensis

canonicus volens dante deo sancte matris ecclesie cultum ampliare et augere In mei notarij publici et testium infrascriptorum presentia dedit concessit et assignauit omnes et singulas terras suas et tenementa terrarum suarum Iacentia infra burgum de abirdene ex parte australi vici inferiorum [*sic*] ecclesie eiusdem inter torrentem siue aqueductum qui decurrit a superiori molendino dicti burgi ex parte orientali ex vna et communem vinellam que est ex orientali parte cimiterii ecclesie parochialis beati nicholaij dicti burgi partibus ex altera prout se extendunt a dicto inferiore vico ecclesie versus boream vsque ad terram Ioannis howysoun burgensis dicti burgi versus austrum ad vnum hospitale construendum ob honorem omnipotentis dei et beate marie virginis matris sue glorisissime ac omnium sanctorum et specialiter ob honorem sancti thome marteris pro receptione pauperum et infirmorum ad predictum hospitale superuenientium Cuiusquidem hospitalis terrarum et possessionem eidem assignatarum et assignandarum necnon pauperum et infirmorum inibi post constructionem existentium dominum Iohannem chawmer in magistrum et rectorem creauit et ordinauit sibi que capellaniam eiusdem dedit et Imperpetuum assignauit Ius autem patronatus capellanie dicti hospitalis post decessum suum et dicti domini Ioannis ad prepositum et communitatem dicti burgi futuris temporibus voluit spectare et pertinere Insuper eidem domino Iohanni dedit et assignauit omnes et singulas terras et tenementa antedicta vna cum illo annuo redditu suo octodecim solidorum argenti exeunte annuatim et leuando de terra Ioannis barlotsone Iacente in cono vici Castri inter terram gilberti Wauce ex parte australi ex vna et terram Ioannis andree ex parte boreali partibus ab altera Necnon cum illo annuo redditu suo sex solidorum et octo denariorum exeunte annuatim et leuando de terra henrici Walcar Iacente ex parte boreali vie inferioris ecclesie sepedicte eiusdem burgi inter terram Ioannis crukschank ex parte orientali ex vna et terram findlai fleschar ex parte occidentali partibus ab altera quos habuit ex mero conquestu alienatione et venditione andree gray Necnon cum illo annuo redditu suo sex marcarum vsualis monete scotie exeunte annuatim et leuando de terris de mondinis Iacentibus infra vicecomitatum de kyncardin quem habuit ex mero conquestu alienatione et venditione alexander de petkarine de mondinis ad celebrandum in dicto hospitali secundum dispositionem corporis et animi sui pro animabus domini nostri regis Iacobi moderni alexandri stewart

comitis de mar patris suj matris sue ipsius et omnium fidelium defunctorum de quibus habuit de bonis suis directe et indirecte et hoc idem faciet quicunque capellanus post decessum dicti domini Ioannis predictum hospitale regens Deinde prefatus magister ioannes cum Ihoanne kyntor vno balliuorum burgi predicti et certis testibus infrascriptis accessit ad dominum deputatum pro capella et lectis inibi construendis Quiquidem balliuus de expresso mandato ipsius magistri Ioannis prefato domino Ihoanni statum sasinam et possessionem per terre et lapidis vt moris est traditionem dedit et assignauit Deinde prefatus balliuus personaliter accessit ad tenementa henrici valcar et Ioannis barklitsoun antedicta et eidem domino Iohanni annuorum reddituum predictorum de eisdem annuatim leuandorum per terre et lapidis cum denario traditionem dedit et assignauit saluo Iure cuiuslibet SUPER quibus et singulis prefatus dominus Iohannes a me notario publico sibi fieri petijt vnum aut plura Instrumentum vel instrumenta Acta erant hec in domo capitulare ecclesie parochialis antedicte et tenementis antedictis hora quasi nouena ante meridiem anno die mense Indictione et pontificatu quibus supra presentibus ibidem Iohanne fyfe Andrea cullane matheo fychat Willelmo Wocatte burgensibus Ioanne Waus Ioanne tullideff sergiandis Ioanne gudlade alexandro vocat Iohanne modane christofero holande lauerentio stuerok capellanis cum multis alijs

Chirographum

Et ego thomas de leis presbyter abirdonensis dioceseos publicus auctoritate Imperiali notarius premissis omnibus et singulis dum sic vt premittitur agerentur dicerentur et fierent vna cum prenominatis testibus Interfuj Idemque hoc presens publicum instrumentum manu aliena fideliter scriptum me certis aliis negotiis occupato signoque et nomine meis solitis et consuetis signaui rogatus in fidem et testimonium vocatus omnium premissorum

Chirographum

Hec est vera et Indubitata copia principalis Instrumenti donationis concessionis et assignationis fideliter scripta de verbo in verbum et collacionata per me magistrum Thomam zowng Notarium publicum nil addendo aut diminuendo quod rei substantiam mutet aut Intellectum variet sed principali in omnibus concordans teste hac mea subscriptione manuali et Signo in Consimilibus consuetis et vsitatis

Ita est Thomas zowng Notarius publicus Manu propria

LXXXV.

fol. 63[1] *Donatio* 19 *Rudarum in kyntor ad hospitalem burgi de Aberden ex conquestu Magistri Iohannis Clatt a Ricardo kintor Preposito de aberden*

OMNIBUS hanc cartam visuris vel audituris Ricardus de kyntor prepositus de abirdene ac burgensis burgi de kyntor Salutem in domino sempiternam Sciatis me vtilitate mea in hac parte vndique preuisa et deligenter considerata ac vrgenti in causa necessaria dedisse concessisse ac precise et omnino vendidisse et titulo venditionis alienasse ac ipsas venditionem et alienationem presenti carte mea confirmasse magistro Iohanni chamer magistro hospitalis sancti thome marteris de abirden fundati per bone memorie venerabilem et circumspectum virum magistrum Iohannem clat ecclesiarum abirdonensis et brechinensis canonicum totas et integras terras meas de kyntor cum pertinentijs et specialiter decem et nouem rudas cum pertinentijs Iacentes infra burgagium dicti burgi Quarum tres rude Iacent in fine occidentali eiusdem ex parte australi tente de dominis de fentoun inter terram alexandri de kyntor ex parte orientali ex vna et terram fratrum predicatorum de abirdene ex parte occidentali partibus ab altera Item quatuor rude Iacentes ex eadem parte inter terram ecclesie ex parte occidentali ex vna et terram vulhelmi abell ex parte orientali partibus ab altera Item due Rude Iacentes ex eadem parte inter terram altaris sancti andree ecclesie parochialis de abirdene ex parte occidentali ex parte vna et terram Willelmi scherar burgensis de abirden ex parte orientali partibus ab altera Item ex eadem parte tres rude Iacentes inter terras Ioannis Willelmi ex vtraque parte occidentali videlicet et orientali et omnes iste rude predicte Iacent inter viam regiam versus boream et communiam dicti burgi versus austrum Item ex boriali eiusdem burgi quatuor rude Iacentes inter terram prefati Willelmi Scherrer ex parte occidentali ex parte vna et terram ecclesie ex parte orientali partibus ab altera Item ex eadem parte dicti burgi tres rude iacentes inter terram Ioannis fylp ex parte occidentali ex vna et terram altaris sanctiandree ecclesie antedicte ex parte orientali partibus ab altera Que septem vltime rude Iacent inter communiam viam regiam versus austrum et aquam de don versus boream Pro quadam certa summa pecunie quam venerabilis et circumspectus vir magister henricus Rynde thesaurarius ecclesie abirdonensis de mandato dicti magistri Iohannis de bonis

memorati magistri Iohannis clat fundatoris hospitalis antedicti in pecunia numerata mihi gratanter persoluebat de qua quidem summa pecunie pro me heredibus et assignatis meis teneo me bene contentum et plenarie persolutum et predictum magistrum Iohannem et suos successores ac hospitale antedictum pro me heredibus et assignatis meis quitclamo Imperpetuum per presentes Tenendum et habendum totas et integras terras meas predictas cum pertinenciis predicto magistro Ioanni suis successoribus in predicto hospitali pro anima memorati Iohannis fundatoris et animabus predecessorum et successorum ipsius ac pro omnibus animabus christianis defunctis deo beate gloriosissime virgini marie et omnibus sanctis et specialiter sancto thome marteri seruientibus et seruituris a me heredibus meis et meis assignatis de supremo domino nostro rege et tres rudas expressatas de dominis supradictis in feodo et hereditate Imperpetuum cum debitis longitudine et latitudine et cum omnibus alijs et singulis quibuscunque libertatibus et asiamentis ac Iustis suis pertinentijs quibuscunque ad dictas terras siue rudas spectantibus seu Iuste spectare valentibus quouismodo in fol. 63[2]
futurum adeo libere quiete plenarie integre honorifice bene et in pace sic alique rude siue terre in regno scotie vendi possunt vel concedi absque aliqua reuocatione reclamatione ac contradictione mei vel heredum meorum aut assignatorum vel aliorum quorumcumque nomine nostro vel ex parte nostra Itaque nec ego dictus ricardus heredes aut assignati mei Ius vel clameum aliquod in dictis terris cum pertinentijs exigere poterimus quouismodo vel vendicare sed ab eisdem sumus exclusi Imperpetuum per presentes Reddendo Inde annuatim predictus magister Iohannes et eius successores supremo domino nostro regi firmam regiam cum aliis debitis consuetis et dominis de fenton de rudis expressatis quinque bata avenarum de antiqua mensura ad terminos infra dictum burgum statutos tantum pro omni alio seruitio seculari actione vel demanda que de predictis terris exigi poterunt vel requiri Et si contingat quod absit prefatum magistrum Iohannem aut eius successores in predictis nouem rudis et decem vel in aliqua earum perturbari vel inquietari per me vel aliquem alium Ita quod meis supradictis alienatione et venditione pacifice gaudere non poterit vel poterint predictis rudis cum pertinentiis vel aliqua earundem obligo et abstringo tenementum Iacens in le gallowgat. de abirdene inter tenementa andree ruderfurd et alexandri patricij Ac omnes alias terras tenementa et

annuos redditus meos infra regnum scotie annuatim distringendum ad terminos statutos de consuetudine regni pro triginta solidis vsualis monete scotie ad manus proprias magistri dicti hospitalis tunc pro tempore existentis tociens quotiens sine licentia alicuius Iudicis temporalis vel spiritualis donec quousque predictus magister hospitalis predictis rudis pacifice gaudere valeat cum effectu Insuper obligo me heredes meos et assignatos terras meas bona mea mobilia et Immobilia vbicunque locorum sint inuenta ad voluntatem dicti magistri hospitalis sine licentia alicuius Iudicis capienda abducenda et vendenda quousque fuerit satisfactum magistro hospitalis antedicti de octoginta libris vsualis monete scotie sine remissione vel disputatione aliqua soluendis Si ego predictus ricardus heredes vel assignati mei vel aliquis nomine nostrum antequam coram aliquo Iudice placitando fuerimus auditi contra tenorem presentis carte aliquid fecero vel vel [*sic*] fecerint duxero vel duxerint et si aliquid attemptare potero vel poterint Iuste vel iniuste quoquo tempore tociens quotiens roborabo et roborabunt Ita quod presens carta semper manebit illisa et in suo robore duratura IN cuius rei testimonium sigillum presentibus meum proprium est appensum apud burgum de abirden vna cum sigillis fratris mei alexandri de kyntor in signum ipsius consensus et fergusij fylp balliuj de kyntor et datoris sasine predictarum terrarum quarto die mensis Iulij Anno dominj Millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono Coram his testibus domino roberto clat vicario de cowill Iohanne Willelmj et Wilhelmo de kynnor seriandis dicti burgi de kyntor Willelmo smert Wilhelmo abel roberto Iohannis andrea kelle thoma Wilhelmi burgensibus cum multis alijs

Chirographum

Hec est vera copia carte fundacionis principalis alterius manu fideliter Scripta et per me magistrum Thomam zowng Notarium publicum Collationata nil addendo aut diminuendo quod substanciam rei mutet aut Intellectum variet sed principali in omnibus Concordans de verbo in verbum sub meis Signo et subscriptione manualibus in consimilibus consuetis et vsitatis

Ita est thomas zowng Notarius publicus Manu propria

LXXXVI.

Carta Domini Iohannis Vaus nunc Wilhelmi mar in ly grene de viginti solidis fol. 64[1]

OMNIBUS hanc cartam Visuris vel audituris Dominus Iohannes Waus capellanus Eternam in domino Salutem Noueritis me non vi aut metu ductum sed mature auisatum vtilitate mea in hac parte vndique preuisa Et diligenter considerata ex certis causis rationabilibus animum meum mouentibus dedisse concessisse et ad feudifirmam seu emphiteosim hereditarie dimisisse et hac presente carta mea confirmasse Necnon tenore presentium dare concedere et ad feudifirmam seu emphiteosim hereditarie dimittere et hac presente carta mea confirmare prouido viro Wilhelmo mar burgensi de aberdene suis heredibus Et assignatis Totam et integram illam terram meam cum pertinenciis Iacentem Infra burgum de aberdene in vico veridi ex boriali parte vici regij quo itur ad ly powbrig inter terram quondam Roberti gothro ex boreali ex vna communes vias regias ex australi et orientali partibus ab altera et terram quondam henrici bawne versus occidens TENENDAM et habendam totam et integram dictam terram cum pertinenciis dicto wilhelmo mar suis heredibus et assignatis de me heredibus meis et assignatis in feodo et hereditate et emphiteose imperpetuum cum omni iure et iurisclameo titulo proprietate possessione cum debitis longitudine et latitudine cum edificijs desuper constructis et construendis cum lapidibus lignis et calce Ac cum omnibus alijs Et singulis libertatibus commodietatibus et asiamentis ac iustis suis pertinenciis quibuscunque Tam non nominatis quam nominatis Tam subtus terra quam super terram ad predictam terram cum pertinenciis spectantibus seu iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum libere quiete plenarie integre honorifice bene et in pace sine impedimento obstaculo aut reuocatione quibuscunque REDDENDO inde annuatim dictus Wilhelmus sui heredes aut assignati mihi heredibus meis aut assignatis summam quindecim solidorum vsualis monete regni scotie ad duos anni terminos vsuales penthicostes videlicet et sancti martinj in yeme per equales duas medias portiones nomine feudifirme Acetiam soluendo fratribus carmelitarum dicti burgj et eorundem successoribus fratribus dicti loci vnum annuum redditum quinque solidorum Necnon capellanis chori ecclesie parochialis diuj nicholaij de

Now is James brabners Land few for ys

aberdene et eorum successoribus capellanis dicti chori vnum annuum redditum viginti solidorum prefate monete scotie annuatim per equales duas medias portiones ad duos terminos superius specificatos Saluis etiam supreme domine nostre regine et suis successoribus regibus siue reginis scotie iuribus et seruicijs dicte terre ante prefate dimissionem Et donacionem . . . Et consuetis Tantum pro omnj alio seruicio secularj exactione seu . . . que de predicta terra cum pertinenciis aliqualiter exegi . . . rius si contigerit dictum Vilhelmum . . . lucione superscripte summe . . . meis et assignatis Seu . . . Et fratribus aut . . . simul et continue . . . annuatim legitime . . . de iure huiusmodi . . . causa huiusmodi . . . personis de huiusmodi . . . expedire Et . . . Integram dictam terram . . . omnibus Et per . . . terras et possessiones . . . Et imperpetuum . . . testimonium Sigillum . . . honorabilis viri gilber . . . sasine huiusmodi presentibus . . . Anno domini millesimo quingent . . . Coram . . . capellano magistro Iohanne maist . . . Kyntor . . . tribus sergiandorum dictj burgj et magistro Iohanne nicholsoun

Hec est vera copia principalis car . . . lacionata per me notarium publicum . . .
Ita est magister I . . . notarius publicus *

LXXXVII.

fol. 64[2] OMNIBUS hanc cartam visuris uel Audituris Curatus et capellanj Chori Ecclesie diui nicholaij de Abirdene Salutem in domino Sempiternam Noueritis nos vnacum Consensu et assensu ad hoc citatos et in capitulo nostre ecclesie capitulariter congregatos vtilitate nostra dictique capituli nostri et successorum nostrorum in hac parte vndique preuisa et diligenter considerata matura que auisacione prehabita Necnon ex alijs. Certis causis Racionabilibus animos nostros ad hoc mouentibus Dedisse concessisse Et ad feodifirmam dimississe necnon ipsas donacionem concessionem et dimissionem hac presenti carta nostra Confirmasse Honorabili viro Alexandro Ruyerfurd vnj balliuorum burgi de abirdene Totum et integrum illud tenementum terram videlicet anteriorem interiorem ortum et horreum eiusdem Cum pertinenciis

* Hoc folium valde laceratum.

Iacentia infra dictum burgum in vico castri ex boreali parte eiusdem vici inter terram patricij lesley ex occidentali ex vna terras Willelmi leslie et thome andersoun ex orientali partibus ab altera communes vias Regias versus austrum et boream pro vno annuo Redditu Nouemdecim mercarum vsualis monete Regni scotie annuatim soluendo per eundem Alexandrum suos heredes assignatos et huiusmodi tenementi possessores quoscunque ad duos annj terminos vsuales pentichostes videlicet et sancti martinj in hieme per equales porciones TENENDUM ET HABENDUM Totum et integrum dictum tenementum terram videlicet anteriorem interiorem ortum et horreum eiusdem cum pertinenciis dicto alexandro suis heredibus et assignatis a nobis et successoribus nostris de Supremo domino nostro Rege et suis successoribus Regibus scocie in feodo et hereditate ac in libero burgagio imperpetuum Cum Omni iure et iuris clameo titulo proprietate Et possessione Cum debitis longitudine Et latitudine Cum edificiis desuper constructis Et construendis Cum lapidibus lignis et calce Ac Cum Omnibus aliis et singulis libertatibus commodietatibus et asiamentis Ac iustis Suis pertinenciis quibuscunque tam non nominatis quam nominatis tam subtus terra quam supra terram tam prope quam procul ad predictum tenementum Cum pertinenciis spectantibus seu iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum Adeo libere . . . integre honorifice bene Et in pace in Omnibus et per . . . tenementum infra . . . burgum detur vel ad feodi . . . uacione quibuscunque facienda . . . Supremo domino nostro . . . burgagium proantea . . . necnon Soluenda nobis . . . quatuordecim merca . . . murray Consanguineo . . . annuum Redditum . . . vite sue Quo . . . infra ecclesiam . . . chori ecclesie . . . solidorum heredibus . . . solidorum eiusdem . . . seu duodecim . . . annuatim per eundem Alex . . . scriptos Tantum Pro omni . . . exactione Seu demanda que de predicta te . . . aliqualiter exegi poterit aut Requiri INSUPER * Si contingat dictum Alexandrum suos heredes fol. 65[1]
aut assignatos deficere aut neglegentes fore in solucione dictorum annuorum Reddituum Tunc licitum erit nobis successoribus nostris necnon capellanis supradictis idem tenementum namare et distringere ad manus proprias sine quocumque iuris ministro tociens quociens opus fuerit Et vlterius si contingat dictum Alexandrum suos heredes aut

* Hoc folium valde laceratum.

assignatos possessores dicti tenementi deficere in sustentacione eiusdem in tectis aut tegulis ex quo fit Ruinosa quod absit eo casu licitum erit dictis Curato et capellanis habere Regressum ad dictum tenementum sine quocumque stripitu Iudicialj Et Nos vero dicti curatus et capellanj Et Successores nostri Totum et integrum dictum tenementum terram videlicet anteriorem interiorem Ortum et horreum Eiusdem Cum pertinenciis dicto alexandro Suis heredibus Et assignatis in Omnibus et per omnia ut premissum est contra Omnes mortales varantizabimus acquietabimus et imperpetuum defendemus omnibus dolo et fraude seclusis In Cuius Rei testimonium huic presenti carte nostre manibus quorundem confratrum nostrorum subscripte Sigillum nostre commune vna cum Sigillo henrici Irvein balliuj sunt appensa Apud burgum de abirden sexto die mensis augusti Anno dominj millesimo quingentesimo trigesimo Coram testibus Iohanne chalmar Willelmo chesom Willelmo tulidef andrea lowsoun Et alexandro ogilwy thoma huntar thoma blair serjiandis cum diuersis aliis et singulis

Reliqua pars huius folii nomina signatorum habens caret

LXXXVIII.

fol. 65[2] OMNIBUS hanc Cartam visuris vel Audituris Patricius gordoun de methlik Executor testamentationis et bonorum intromissor quondam Iohannis murray burgensis de abirden Eternam in domino Salutem Noueritis me propter salutem anime prefati Iohannis et perimplecionem legacie Et vltime voluntatis eiusdem dedisse concessisse Et confirmasse Necnon tenore presentis carte mee dare concedere et confirmare Curato et capellanis chori ecclesie diui nicholaij de abirdene Totam Et integram illam terram anteriorem et interiorem nouam et veterem ortum et horreum eiusdem Cum pertinenciis Iacentia infra burgum de abirdene in vico castri ex boreali parte eiusdem inter terram patricij leslie ex occidentali ab vna terram thome andersoun ex orientali partibus ab altera et Communes vias Regias versus austrum et boream Quequidem terra Cum orto horreo Et pertinenciis eiusdem prius fuerat dicti Iohannis hereditarie Et quam in sua vltima voluntate Idem Iohannes prefatis curato et capellanis in puram et perpetuam elemosinam per suam cartam et Sasinam hereditarie

in lecto sue egritudinis concessit Quiquidem capellanj dubitantes illam donacionem et infeodacionem fore et fuisse Inualidas pro certiori Eorundem infeodacione prefatam terram anteriorem et interiorem nouam et veterem Cum orto et horreo eiusdem ut prius expressum est Cum suis pertinenciis A Iohanne allansoun vero herede et indubitato ipsius Iohannis defuncti pro Certa Summa pecunie eidem in sua necessitate persoluta conquestus sum Et quasquidem terras Cum Omnibus Et Singulis pertinenciis per procuratores suos ad hoc legittime constitutos per fustem et baculum in manibus vnius balliuorum burgi de abirdene sursum Reddidit pure que et Simpliciter Resignauit apud me et heredes meos perpetuo Remanenti prout in processu desuper facto lacius expremitur TENENDUM ET HABENDUM . . . teriorem et interiorem Ortum . . . pellanis et eorum successori . . . supremo domino nostro . . . imperpetuum Cum omni . . . Cum debitis longitudine . . . idis Cum lapi . . . libertatibus com . . . uscunque tam non . . . ad predictam terram . . . bet in futurum . . . mnibus et per . . . et perpetuam . . . contradictione ali . . . successores Super . . . debitum et consuetum . . . chori ecclesie ca . . . monete scotie Et . . . annuum Redditum . . . infeodationis Necnon . . . petuo vnum annuum Red . . . sue Quo defuncto . . . annuatim imperpetuum infra . . . actorum quadraginta soli . . . Et pium fundatorem . . . premeue fundacionis* Cum Ceteris annuis Redditibus inde proantea debitis PRO QUAQUI- fol. 66[1]
DEM infeodatione prefati capellanj et Suj Successores Celebrabunt vnam missam quotidie et omnj die ad altare sancti saluatoris infra dictam ecclesiam hora septuma pro salute anime ipsius Iohannis et Ionete gray sue vxoris necnon animarum parentum consanguiniorum et benefactorum Eorundem Et omnium eorum a quibus aliqua bona minus iuste habuerunt et omnium fidelium defunctorum in purgatorio existencium Necnon annuatim in die obitus prefati Iohannis vnum anniuersarium Cum placebo et dirige missam de nota et trigentale per ebdomidam Reseruando tamen per Omnia prefate Ionete gray liberum tenementuum et vsumfructuum dicte terre cum pertinenciis pro toto tempore vite sue Et Ego vero dictus patricius heredes mej et assignati totam et integram dictam terram tam anteriorem quam interiorem Cum orto horreo Cum pertinenciis prefatis Curato et capell-

* Hoc folium valde laceratum.

anis et suis successoribus Contra omnes mortales varantizabimus acquietabimus et imperpetuum defendemus Insuper si contingat dictam terram per quemcunque Iuridice vendicarj aut recuperari a dictis capellanis vel suis successoribus quo minus dicti capellanj aut suj Successores prefatam terram Cum pertinenciis pacifice gaudere valeant Ego aut heredes mei legittime premuniunt seu interpellant pro tuicione Eiusdem Tunc et in illo casu obligamus nos in strictissima forma obligacionis Renunciando omni exceptione Iuris et facti necnon priuilegio Iuris quocunque mediante quibus nos tuere aut defendere poterimus ad denuo infeodandos huiusmodi capellanos per nouam cartam et Sasinam Iuxta consilium prudentorum [*sic*] virorum quos dicti capellani arbitrio eorum eligere voluerint in adeo bona terra eque bene edificata et reparata tam vtili in locatione et commodo vnde bene et pacifice tam commodum et vtilitatem pacifice annuatim percipere poterint Et si nos vel heredes nostri ad premissa perimplenda recusare contingat quod absit tunc et in illo casu obligamus nos heredes nostros quoscunque et assignatos ad persoluendam eisdem capellanis summam quingentarum mercarum monete Regnj scotie iuxta tenorem Cuiusdem sententie deffinitiue Commisarii generalis aberdonensis desuper late in recompensatione dicte terre cum suis pertinenciis ad effectum perimplendi huiusmodi infeodationem pro anima ipsius defuncti In Cuius Rei testimonium huic presenti carte mee manu mea propria subscripte Sigillum meum proprium est appensum vnacum Sigillo balliuj datoris sasine supradicte terre Apud abirdene tertio die mensis Iunij Anno Domini millesimo quingentesimo vicesimo nono Coram his testibus gilberto menzeis preposito de abirden alexandro gordoun alexandro kay magistro Iacobo gordoun Rectore de lunmey magistro gilberto chalmer notario publico Domino dauid Rany capellano et venerabili viro magistro Dauid Dischingtoun precentore abirdonensi Cum diuersis aliis

Chirographum

Hec Est vera et indubitata Copia principalis carte fundacionis copiata et collacionata per me magistrum Iohannem nicholsoun notarium publicum nihil addendo aut diminuendo quod facti substantiam mutet sed concordans Cum Suo principalj de verbo in verbum teste hec mea subscriptione manualj

Ita Est Iohannes nicholsoun notarius publicus manu propria

LXXXIX.

Copia Carte feodifirme confecte Andree durtty fol. 66 [2]

Vigesimo octauo 1607 Productum in modum titulj pro parte communitatis burgi de Aberdene Robertsoun

OMNIBUS hanc cartam visuris vel Audituris curatus et capellanj chorj ecclesie parrochialis diuj nicolaij de Abirdene eternam in domino salutem Noueritis nos capitulariter congregatos vnanimj consensu et assensu vtilitate dicti nostri capituli In hac parte vndique preuisa per nos ad longum rimata et discussa Solennique tractatu desuper habita dedisse concessisse Et ad feodifirmam dimississe Necnon tenore presencium dare concedere et ad feodifirmam committere Ipsasque donacionem concessionem et ad feudifirmam dimissionem hac presente carta nostra confirmasse prouido viro andree durtty burgensi de abirdene totum et Integrum Illud tenementum nostrum terras videlicet nostras anteriorem interiorem ortum et horreum eiusdem cum pertinenciis que fuerunt quondam Iohannis murray burgensis de abirdene et nobis per eundem Iohannem In puram et perpetuam elimosinam concessa Iacentia infra dictum burgum In vico castrj ex Boreali parte eiusdem Inter terras villelmj leslie et thome andersoun ex orientali parte ex vna terram patricij lesly ex occidentali partibus ab altera et communes vias regias versus austrum et boream TENENDAM et habendam totam et integram dictam terram anteriorem interiorem ortum et horreum eiusdem cum pertinenciis prefato andree suis heredibus et assignatis de nobis et nostris successoribus de supremo domino nostro rege et suis successoribus regibus scocie in feodo et hereditate ac In libero burgagio imperpetuum cum omni Iure et Iurisclameo titulo proprietate et possessione cum debitis longitudine et latitudine cum edificijs desuper constructis cum lapidibus lignis et calce Ac cum omnibus alijs et singulis libertatibus commoditatibus et asiamentis ac Iustis suis pertinenciis quibuscunque quam nominatis tam non nominatis tam prope quam procul tam subtus terra quam supra terram ad predictas terras cum pertinenciis spectantibus seu Iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum Adeo libere plenarie integre honorifice bene et in pace in omnibus et per omnia sicut aliqua terra infra dictum burgum aut extra datur conceditur et in feodifirma committitur sine reuocatione reclamatione aut contradictione

aliqualj nostrum aut successorum nostrorum aut aliorum quorumcumque REDDENDO inde annuatim dicti andreas suj heredes et assignatj nobis et successoribus nostris capellanis dicti collegij chori diuj nicolaj de abirdene vnum annuum redditum duodecim marcarum cum dimedio marce videlicet tredecim solidos et quatuor denarios pro qualibet marca vsualis monete regnj scotie pro tempore currentis annuatim imperpetuum per equales duas medias portiones ad duos annj terminos penticostes videlicet et sancti martinj In hieme per equales portiones Necnon capellano perpetuo altaris sancti saluatoris infra ecclesiam parochialem aberdonensem fundati vnum annuum redditum quadraginta solidorum eiusdem monete et similiter omnes alios annuos redditus ante dictam nostram alienacionem de huiusmodj terris debitis et consuetis FACIENDO etiam supremo domino nostro regi seruicium burgagium inde debitum et consuetum tantum pro omni alio seruicio seculari exactione seu demanda que de predicto tenemento cum pertinenciis aliqualiter exigi poterint aut requirj Et Nos vero dicti curatus capellanj et successores nostri totum et integrum dictum tenementum cum pertinenciis dicto andree suis heredibus et assignatis per omnes possessiones Et annuos redditus nostros contra omnes mortales varantizabimus acquietabimus et Imperpetuum defendemus omnibus fraude et dolo seclusis In cuius rej testimonium sigillum nostrum commune vnacum subscriptione curatj et maioris partis capituli nostri Necnon sigillum honorabilis virj alexandri ruyerfurd vnius balliuorum dicti burgi et datoris sasine presentibus sunt appensa apud eundem decimo die mensis marcij anno dominj millesimo quingentesimo trigesimo secundo coram testibus prouidis et discretis viris Iohanne murray roberto blak dauid arrot burgensibus de abirdene dominis Iohanne waus Willelmo philpson alexandro robertsoun capellanis andrea waus collectore capellanorum pro tempore thoma huntair sergiando et magistro dauide nicholsoun notario publico et scriba curie balliuorum abirdonensis cum diuersis aliis et singulis

Chirographum

Hec est vera et indubitata copia principalis carte feudifirme concordans In omnibus cum originali nil addendo vel diminuendo quod facti substanciam Immutet aut intellectum variat collacionata per me magistrum Iohannem nicholsoun notarium publicum ac scribam oppidi aberdonensis subscriptum

Ita est Iohannes Kennedy notarius publicus manu propria

Ita est Iohannes nicholsoun notarius publicus ac scriba Curie balliuorum abirdonensis ad hec manu propria

XC.

IN dei Nomine amen per hoc presens publicum instrumentum fol. 67 [1]
Cunctis pateat euidenter quod anno Incarnationis dominice millesimo quingentesimo vigesimo octauo mensis vero Iulij die vigesimo primo Indictione prima pontificatus Sanctissimi in Christo patris ac domini domini nostri Clementis diuina prouidentia pape septimi anno quinto In mej notarij publicj et testium infrascriptorum presentia Personaliter constitutus Circumspectus vir magister Dauid menzeis Solum caritatis feruore motus Et sue anime salutem intuens Dedit Contulit et Realiter Cum effectu Deliberauit in puram et perpetuam Elimosinam Et in manus posuit Discreti viri Domini Dauid Waus tunc collectoris pro se suis fratribus et successoribus capellanis chori diui nicholaj de abirdene Summam viginti librarum in auro ponderis bone monete scocie ad disponendum in forma ut sequitur hoc est quod oblegabuntur curatus et ceteri fratres chori Singulis annis in die obitus prefati magistri Dauid vnam missam de nota ad altare beate virginis marie de pietate solempniter celebrare Cum Cituatione mense Candelarum Et aliorum consuetorum apponj honeste ministrarj Et missas in ebdomita trigentalis per ebdomitam immediate Sequentem ut moris est perimplere Pro quo Collector Eijs annuatim distribuet tresdecim solidos et quatuor denarios Et post finem prefate misse idem Collector Caritatiue disponet pauperibus sex solidos Et sibi pro distributione octo denarios captabit Nec licitum Erit prefatos collectorem curatum et fratres easdem pecunias attingere aut disponere quouis pacto nisi ad emptionem vnius annui Redditus viginti solidorum aut constructionem vnius publice domus ad Eorundem vtilitatem perpetuo cessure Et pro maiori veritatis assertione et condicionis premisse obseruatione petit fundans hoc presens publicum instrumentum Sigillo communi dicti capitulj Et fratrum subscriptionibus communiri Acta Erant hec in cubiculo ipsius fundatoris horam circiter quartam post merediem Sub anno die mense indictione et pontificatu quibus supra presentibus ibidem Discretis viris

alexandro nicholsoun Iohanne Ratray Iacobo litstar laicis Dominis Willelmo philpsoun et Dauid lorimar notariis publicis Cum diuersis aliis testibus ad premissa vocatis pariter et Rogatis

Chirographum

Et Ego Iohannes nicholsoun Arcium magister presbyter dunkeldensis dioceseos publicus sacra apostolica auctoritate notarius quare premissis omnibus et singulis Dum sic ut premittitur dicerentur agerentur et fierent vna cum prenotatis testibus presens personaliter interfui Eaque omnia et singula Sic fierj vidj sciuj et audiuj ac in notam cepi ideo quod hoc presens publicum instrumentum manu mea proprie fideliter scripta exinde confeci Signo que nomine et cognomine meis solitis et consuetis Signauj et subscripsi Rogatus et Requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum

XCI.

fol. 67 [2]

IN dei Nomine Amen per hoc presens publicum instrumentum Cunctis pateat Euidenter quod Anno Incarnacionis dominice millesimo quingentesimo trigesimo mensis vero Ianuarij die decimo octauo Indictione quarta pontificatus sanctissimj in christo patris ac domini domini nostri Clementis diuina prouidentia pape septimj anno octauo In mei notarij publicj Et testium infrascriptorum presentia Personaliter Constituta nobilis domina Margareta chalmer domina terrarum de findlater et Drum solum caritatis feruore mota Et sue anime salutem intuens dedit contulit et Realiter Cum effectu Deliberauit in puram et perpetuam Elemosinam Et in manus Discreti viri Domini Willelmi Couper tunc collectoris pro se suis que fratribus et successoribus capellanis chori diuj nicholaij de abirdene posuit Summam viginti librarum in auro et argento vsualis monete Regnj scotie ad disponendum in forma ut sequitur Hoc est quod oblegabuntur Curatus et ceteri fratres chorj Singulis annis in die obitus prefate margrete vnam missam de nota ad altare Sancte Katherine solempniter infra ecclesiam diuj nicholaij de abirdene celebrare Cum cituatione mense candelarum et aliorum consuetorum apponj honeste ministrare Et missas in ebdomita trigentalis per ebdomitam immediate sequentem ut moris est pro salute anime ipsius margarete Et suis intentionibus quibuscunque perimplere

Pro quo collector eijs annuatim Distribuet xiij solidos et quattuor Denarios Et post finem prefate misse idem collector caritatiue Disponet pauperibus Sex solidos Et sibimet pro distributione octo Denarios captabit Nec licitum erit prefatos collectorem curatum et capellanos fratres Dicti chorj easdem pecunias attingere aut disponere quouis pacto nisi ad emptionem vnius annuj Redditus viginti solidorum aut constructionem vnius publice domus ad eorum vtilitatem perpetuo cessure Et pro maiorj veritatis assercione et condicionis premisse obseruacione petit fundans hoc presens publicum instrumentum Sigillo communj dicti capitulj et fratrum eiusdem subscriptionibus communirj Acta Erant hec in templo diuj nicolaij de abirdene in sacello diuj petrj apostoli horam circiter nonam ante meridiem Sub anno die mense Indictione et pontifficatu quibus supra Presentibus Ibidem discretis viris magistro thoma chalmer vicario de mygwe dominis dauid Waus thoma bynne Willelmo philpsoun et andrea Waus capellanis Cum diuersis aliis ad premissa vocatis pariter et Rogatis

Chirographum

Et Ego Iohannes nicholsoun Arcium magister presbyter Dunkeldensis dioceseos publicus sacra apostolica auctoritate notarius quare premissis Omnibus Et Singulis Dum Sic ut premittitur Dicerentur agerentur et fierent vnacum Prenotatis testibus presens personalitur interfuj Ea que Omnia et Singula sic fierj vidj sciuj et audiuj Ac in notam Cepi Ideo que hoc presens publicum instrumentum manu mea propria fideliter scriptum exinde confecj Signo nomine et cognomine meis solitis Et consuetis Signauj et subscripsi Rogatus et Requisitus in fidem omnium premissorum

Thomas Chawmer Curatus de abirdene manu propria
dominus dauid Waus manu propia
dominus Iohannes fyff manu propria
dominus Iohannes Waus manu propria
dominus Ricardus Andersoun manu propria
dominus Willelmus philippj manu propria
dominus Iohannes cumyng manu propria
dominus dauid lorimar manu propria
dominus Iohannes goldsmytht manu propria
Ioannes bissat Magister scole manu propria
dominus Wilhelmus couper manu propria

XCII.

fol. 68[1] *Fundatio prouidi viri dauidis andersoun burgensis burgi de Abirdene in vico furcarum olim Commorantis qui obiit vigesimo die mensis Augustj anno domini millesimo quingentesimo trigesimo Sexto*

OMNIBUS hanc Cartam visuris vel Audituris Dauid andersone burgensis burgi de Abirdene in vico furcarum dicti burgi commorans Eternam in domino Salutem premeditato quod omnes stabimus ante tribunal dominj nostri Ihesu christi prout in corpore gessimus siue bonum siue malum recepturi Bonum est igitur Diem extremj Iudicij operibus misericordie preuenire sicut seminata in terris multiplicj fructu collegere valeamus in Celis Noueritis me igitur in honorem dei omnipotentis intemerate eiusdem genetricis marie omniumque sanctorum celestis Curie pro salute anime mee anime Katherine hay vxoris mee prolium nostrarum parentumque ac benefactorum nostrorum ac Illorum omnium a quibus aliqua bona minus iuste habuimus et animabus omnium fidelium defunctorum dedisse concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Necnon tenore presentium dare concedere et hac presenti carta mea confirmare Discretis viris Curato et capellanis Chori et Ecclesie parochialis diuj nicholaij de Abirdene et suis Successoribus capellanis dictj chori Totum et integrum vnum annuum redditum meum viginti octo solidorum vsualis monete regni Scotie annuatim exeuntem et leuandum ad duos annj terminos vsuales penthecostes videlicet et Sancti martinj in hyeme per equales duas medias portiones de toto et integro illo tenemento Iohannis crag cum suis pertinenciis Iacente infra dictum burgum in vico superiori ecclesie ex parte boreali eiusdem vici inter terram Iohannis arthour ex orientali ex vna et terram thome crafurd ex occidentali partibus ab altera et communem viam regiam versus austrum et Communem venellam dicti burgi versus boream Tenendum et habendum totum et integrum dictum annuum redditum viginti octo solidorum cum pertinenciis dictis Curato et Capellanis ac suis successoribus Capellanis dicti chori a me heredibus et assignatis meis de supremo domino nostro rege et suis Successoribus regibus scotie in puram et perpetuam elemosinam imperpetuum Cum omni Iure et Iuris clameo titulo proprietate et possessione ac cum omnibus aliis et singulis libertatibus commoditatibus et asiamentis ac suis iustis pertinenciis quibuscunque ad dictum

annuum redditum cum pertinenciis spectantibus seu iuste Spectare valentibus quomodolibet in futurum libere quiete plenarie integre honorifice bene et in pace sine Impedimento obstaculo aut reuocacione quibuscunque Quamobrem dicti Curatus et capellani ac sui Successores celebrabunt annuatim imperpetuum vnum anniuersarium et exequias defunctorum videlicet Placebo et dirige in die sabbati immediate post diem obitus mei Ac missam de nota in die dominica immediate sequente cum ceteris missis trigentalibus vt moris est ad altare saluatoris per ebdomadam Immediate sequentem pro salute anime mee et animarum omnium predictarum Insuper Collector dictorum Capellanorum quj pro tempore fuerint huiusmodi annuum redditum annuatim vt premittitur percipiet et distribuet vt sequitur videlicet preconi cum Campana manuali ad Circumeundum dictum oppidum nocte exequiarum ad incitandum populum ad deprecandum pro salute animarum predictarum duos denarios et Sacriste pro pulsatione campanarum dicte Ecclesie trina vice ad huiusmodi exequias in die sabbati prefati et similiter in dicta dominica immediate sequente quatuordecim denarios Et similiter prefatus collector pro tempore tabulam honestam super monimentum ponet Et Idem pallio siue Cooptorio decenti operiet Et luminaria Cerea honeste vt decet Inueniet pro quibus duos solidos sibi captabit et annuatim in die dictarum exequiarum quatuor solidos pauperibus magis indigentibus erogabit Et Reliquum huiusmodi annui redditus suprascripti videlicet vigintj octo solidos dictis Curato et capellanis in die dictarum exequiarum pro premissis prescriptis ad manus distribuet et deliberabit Et hec omnia et singula a dictis Curato et capellanis ac Collectore et suis Successoribus annuatim et Imperpetuum Inviolabiliter obseruentur vt coram Summo Iudice in die extremi Iudicij respondere voluerint Tantum pro omni alio seruicio Seculari exactione seu demanda que de predicto annuo redditu cum pertinenciis aliqualiter exigi poterint aut fol. 68[2]
requiri Reseruando tamen per omnia liberum tenementum et vsumfructuum eiusdem annuj redditùs prenotati cum pertinenciis michi pro toto tempore vite mee Et ego vero dictus dauid heredes mei et assignati totum et integrum dictum annuum redditum viginti octo solidorum cum pertinenciis dictis Curato et capellanis et suis Successoribus Capellanis dicti Chori in omnibus et per omnia ut premissum est per omnes terras et possessiones nostras contra omnes mortales varantizabimus acquietabimus et Imperpetuum defendemus omnibus fraude et dolo seclusis In

Cuius rei testimonium Sigillum meum proprium vnacum mea subscriptione manuali necnon Sigillum honorabilis viri thome Chawmer vnius balliuorum dicti burgi ac datoris sasine huiusmodi presentibus sunt appensa Apud abirdene vigesimo septimo die mensis maij Anno domini millesimo quingentesimo trigesimo Sexto Coram testibus prouidis et discretis viris Iohanne hay Iohanne brabaner Iohanne mair seniori Alexandro andersone filio meo thoma mengze burgensibus de Aberdene domino Iohanne vauss Capellano thoma blair sergiando et magistro Iohanne nicholsone notario publico cum diuersis alijs etc

Chirographum

Hec est vera Copia principalis carte fundacionis Copiata et collacionata per me Magistrum thomam zoung Notarium publicum nil addendo nec diminuendo quod factj substanciam mutet sed principali in omnibus concordans sub meis Signo et subscriptione manualibus in consimilibus consuetis et vsitatis

Ita est thomas Zoung Notarius ad premissa Manu propria

Magister thomas chawmer curatus de Abirdene manu propria
dominus dauid Wauss manu propria
dominus Iohannes fyff manu propria
dominus Willelmus Couper ad hec manu propria
dominus Willelmus philippj ad hec manu propria
dominus dauid lorimer manu propria
dominus alexander robertsone manu propria
Ita est magister Willelmus meldrum manu propria
dominus allexander andersoun manu propria
dominus Iohannes goldsmytht manu propria
dominus Iohannes Waus manu propria
dominus andreas Wauss manu propria

In folio 69[1] *nihil scriptum*

XCIII.

fol. 69[2]

Fundatio Magistri thome Waus apud altare Sancti martinj

OMNIBUS cristifidelibus hanc cartam visuris vel Audituris magister thomas Wauss precentor morauiensis ac canonicus abirdonensis salutem In domino sempiternam Noueritis me in augmentum cultus diuinj et pro salute anime mee et animarum Ioannis Wauss Patris mej et marioree Wauss matris mee fratrum sororum consanguineorum meorum et omnium fidelium defunctorum dedisse

concessisse et hac presente carta mea confirmasse Deo omnipotentj et eius matrj beate marie virginj ac omnibus sanctis et altarj beatj martinj confessoris et capellano ibidem celebrantj et pro perpetuo celebraturo In ecclesia perrochialj beatj nicholaij confessoris de aberdene totam terram meam Iacentem in dicto burgo de aberdene In via castrj ex parte australj eiusdem vicj extendentem a terra symonis craufurd versus occidens vsque ad terram heredum quondam robertj Ioannis versus oriens et communem viam regiam versus boream et a dicta terra extendentem versus austrum ad aliam quondam telmannj aurifabrj prout Iacet in longitudine et latitudine quam terram diuina suffragante prouidentia acquisiuj conquestu tenendam et habendam dictam terram cum pertinenciis prefato altarj et capellano quj pro tempore fuerit cum omnibus Iure et recto Iuris a me in puram elemosinam imperpetuum libere quiete plenarie integre honorifice bene et in pace cum omnibus et singulis commoditatibus et aysiamentis ac Iustis suis pertinenciis quibuscunque ad dictam terram cum pertinenciis spectantibus seu iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum sine aliqua reuocatione reclamatione aut contradictione quorumcunque nomine meo Imposterum fiendum saluo et reseruato seruitio domino nostro regj solito et consueto faciendo Inde annuatim dictus capellanus quj pro tempore fuerit ad dictum altare In antedicta ecclesia seruitium ecclesiasticum et orationum suffragia pro salute anime mee personarumque prescriptarum et omnium animarum defunctorum fidelium Item volo et ordino pro me et omnibus nomine meo quod dictus capellanus perpetuus et sui successores decentj et honesto habitu horis maioribus dominicis diebus et festis duplicibus Iuxta modum dicte ecclesie parochyalis cum ceteris capellanis eiusdem teneatur personaliter interesse tantum pro omnj alio seruicio secularj exactione vel demanda que de dicta terra cum pertinenciis aliqualiter exigj poterit aut requirj seruitio domino regi nostro Predicto duntaxat accepto reseruato tamen michi pro tempore meo quoad uixero Patronatus Iure mej libero tenemento eiusdem Et post obitum meum volo et ordino quod Ius patronatus eiusdem capellanie Ioannj fratrj meo germano et suis heredibus masculis spectet Quibus deficientibus richardo Wauss filio quondam henricj Wauss et suis heredibus fol. 70[1]
masculis Volo insuper et ordino quod si tempestate ventj ignis aut alias predicta terra ruinosa existat aut defectuosa in tegulis vel alias quouismodo quod non liceat eidem capellano de dicta terra quicunque [*sic*]

ferme recipere donec sufficienter reperitur et quod non licebit eidem capellano quoquomodo eandem terram quibusuis personis aut persone aut feodifirmam aut annuam pensionem dimittere vltra vnum nisi de expresso consensu episcopi abirdonensis decanj et capitulj eiusdem ad hoc vocatorum nisi In augmentum et vtilitatem suj deseruientis et suorum successorum capellanorum eidem seruitio deseruientium Insuper volo et ordino quod si patronus vt prefertur in presentatione prescripta negligens fuerit aut fraudulenter vel saltem nullum presentauerit infra triginta dierum spatium inclusiue post decessum capellanj precedentis tunc licebit decano et canonicis capitulj aberdonensis pro tempore existentibus propter hoc capitulariter congregatis ydoneum capellanum presentare pro hac vice sine preiudicio presentatoris predictj Reuertendo tamen post illam presentationem Ius patronatus eiusdem prefatis meis legittimis presentatoribus et sic dictj decanus vel maior presidens cum canonicis capitulj aberdonensis dictum capellanum successiue presentabunt si patronus prescriptus infra spatium prescriptum negligens fuerit pro vice Reseruato semper Iure presentacionis dictis legitimis patronis post presentacionem decanj aut maioris presidentis cum canonicis capitulj aberdonensis In cuius rej testimonium huic presentj carte mee sigillum meum est appensum apud aberdene penultimo die mensis martij anno dominj millesimo quadragentessimo octuagesimo Et ad maiorem rej euidentiam sigillum thome prat vnius balliuorum presentibus apponj procurauj coram his testibus magistro alexandro Wauss canonico abirdonensi alexandro menzes dauid menzes et andrea brance burgensibus de aberdene domino roberto leyss notario publico et philippo drumbrek vno seriandorum dictj burgj cum diuersis aliis

Chirographum

Hec est vera copia principalis carte fundacionis suprascripti tenementi vero sigillo prefati magistri thome waus sigillata non rasa cancellata nec in alia sua parte suspecta set sana integra et omni suspicione carens collacionata et reuisa per me magistrum dauid nicholson notarium publicum ac scribam communem aberdonensem et hec concordans cum suo principali de verbo in verbum nichil addato aut substracto quod facti substanciam mutet seu vareat teste manu propria

Ita est Dauid nicholson notarius publicus manu propria

In folio 70[2] nihil scriptum

XCIV.

OMNIBUS hanc cartam visuris vel audituris dominus villelmus cowpar capellanus eternam in domino salutem Quia per pias orationes et missarum vbi filius pro peccatis nostris patri offertur celebrationes presertim continuas credimus peccata dimitti purgatorij penas demoliri et ab eisdem defunctorum animas frequentius liberari et paradisi gaudiis collocari Noueritis igitur me deuotionis pie effectu motum In honorem sancte et indiuidue trinitatis patris filii et spiritussancti gloriosissime virginis marie Ac omnium sanctorum celestis curie pro salute anime mee et animarum patris et matris mei domini andree coupar fratris mei germani margarete chalmer olim domine de findlater valteri cullane et elizabetht prat Illorumque omnium a quibus aliqua bona minus Iuste habuj Ac animarum omnium fidelium defunctorum dedisse Et in puram et perpetuam elimosinam concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Necnon tenore presencium Dare et in puram et perpetuam elimosinam concedere et hac presenti carta mea confirmare venerabilibus et discretis viris curato et capellanis chori ecclesie parochialis diui nicolaj de abirdene Et suis successoribus capellanis dicti chori Omnes et singulos annuos redditus meos et terras meas subscriptas cum pertinenciis videlicet vnum annuum redditum septem solidorum de crofto valteri howesone vocato helfhill Iacente in territorio occidentali croftorum dicti burgi inter croftum alexandri gray Iunioris ex boreali ex vna crofta gilberti menzeis ex australi et occidentali partibus ab altera et croftum fratrum carmelitarum dicti burgi versus oriens Item vnum annuum redditum triginta solidorum de crofto Iohannis collisone Iacente in dicto terretorio occidentali croftorum dicti burgi inter croftum quondam Iohannis mar ex orientali ex vna terras de rubislaw ex occidentali partibus ab altera croftum patrum carmelitarum dicti burgi versus austrum Et communem viam regiam versus boream Item vnum annuum redditum duodecim solidorum de crofto andree murray Iunioris vocato cawsay croft Iacente in terretorio boreali croftorum dicti inter croftum fratrum predicatorum dicti burgi ex australi ex vna croftum altaris diue marie magdalene ex boreali partibus ab altera communem viam regiam versus oriens et lie cruikit myir versus occidens Item vnum annuum redditum sex solidorum de terra quondam dauid lame Iacente ex orientali parte vici furcarum dicti burgi fol. 71[1]

Inter terram quondam andree burnat ex australi ex vna terram georgii barbour ex boreali partibus ab altera communem viam regiam versus occidens et terram quondam dauid arrot versus oriens Item vnum annuum redditum quatuordecim solidorum de vna terra Iacente in vico veridi dicti burgi inter terram willelmi patersone ex boreali ex vna et torrentes dicti burgi ex australi orientali ex occidentali partibus ab altera Item vnum annuum redditum sex solidorum et octo denariorum de terra thome campbell Iacente in dicto vico veridj apud pedem montis diue katherine inter terram quondam Iacobi knollis ex australi ex vna terram quondam roberti kynnerty ex boreali partibus ab altera ortum alexandri forbes de kyndrymme versus oriens et communem viam regiam versus occidens vsualis monete regni scocie annuatim exeuntem et leuandum ad duos anni terminos vsuales penthecostes videlicet et sancti martini in hyeme per equales duas medias portiones Item vnam terram cum pertinenciis Iacentem ex orientali parte vici castri dicti burgi inter terram quondam alexandri mathewsone ex occidentali ex vna portam latronum dicti burgi ex orientali partibus ab altera terram quondam thome craufurd versus austrum et communem viam regiam versus boream Item vnam aliam terram cum pertinenciis Iacentem in antedicto vico veridi Inter terram dictorum capellanorum ex boreali ex vna terram quondam Willelmi gregory ex australi partibus ab altera
fol. 71 [a] torrentem dicti burgi versus oriens Et communem viam regiam versus occidens TENENDOS et habendos omnes et singulos annuos redditus et terras suprascriptas cum pertinenciis dictis curato et capellanis et suis successoribus capellanis dicti chori A me heredibus et assignatis meis de supremo domino nostro rege et suis successoribus regibus scocie in puram et perpetuam elimosinam imperpetuum Cum omni Iure et Iurisclameo titulo proprietate et possessione Cum debitis longitudine et latitudine Cum edificiis desuper constructis et construendis cum lapidibus lignis et calce Ac cum omnibus aliis et singulis libertatibus commoditatibus et asiamentis ac Iustis suis pertinenciis quibuscunque Tam non nominatis quam nominatis tam subtus terra quam supra terram ad predictas terras et annuos redditus cum pertinenciis spectantibus seu Iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum libere quiete plenarie integre honorifice bene et in pace sine impedimento obstaculo aut reuocacione quibuscunque Quamobrem dicti curatus et capellani et sui successores capellani dicti chori celebrabunt die-

tim et imperpetuum vnam missam vocatam terciam missam ad altare beatorum thome et georgii apostoli et martiris infra dictam ecclesiam parochialem diui nicolaij de abirdene pro salute anime mee et animarum omnium predictarum tempore congruo vt coram summo Iudice in die extremi Iudicii vbi reddituri sunt de factis suis rationem respondere voluerint Necnon reddendo annuatim de dicta terra Iacente apud portam latronum capellano perpetuo altaris dicti thome et georgii apostoli et martiris vnum annuum redditum tresdecim solidorum et quatuor denariorum Et capellano perpetuo sancte crucis in solio vnum annuum redditum quatuor solidorum vsualis monete regni scocie ad duos anni terminos vsuales penthecostes videlicet et sancti martini in hyeme per equales duas medias portiones Ac etiam faciendo supremo domino nostro regi et suis successoribus regibus scocie seruicium burgagium Inde debitum et consuetum Tantum pro omni alio seruicio seculari exactione seu demanda que de predictis annuis redditibus et terris cum pertinenciis aliqualiter exigi poterit aut requiri Et ego vero dictus dominus villelmus coupar heredes mei et assignati omnes et singulos dictos annuos redditus et terras suprascriptas cum pertinenciis dictis curato et capellanis et suis successoribus capellanis dicti chori in omnibus et per omnia vt premissum est per omnes terras et possessiones nostras contra omnes mortales varantizabimus acquietabimus ac imperpetuum defendemus omnibus dolo et fraude seclusis IN CUIUS rei testimonium sigillum meum proprium vnacum mea subscriptione manuali Ac etiam subscriptionibus manualibus maioris partis dictorum capellanorum in signum perpetue obseruationis et perimpletionis premissorum presentibus est appensum Apud abirdene vigesimo quarto die mensis augusti anno domini millesimo quingentesimo trigesimo octauo Coram testibus honorabilibus et prouidis viris thoma menzeis preposito de abirdene andrea menzeis dauid andersone alexandro ruyerfurd tribus balliuorum dicti burgi Et magistro Iohanne nicholsone notario publico

Insuper ego dictus dominus willelmus cowpar infeodaui et infeodare feci suprascriptos curatum et capellanos et suos successores in aliis tribus libris et octo solidis monete scocie annui redditus Suprascripti crofti Iohannis collisone in agmentationem suprascripte fundationis et mee intentionis Quam summam cum integra summa suprascripta annuorum reddituum et firmarum terrarum suprascriptarum volo et

ordino distribuendas per eorum collectorem pro tempore annuatim et imperpetuum vt sequitur videlicet dictis curato et capellanis et suis
fol. 72[1] successoribus pro Subscripta missa vt premittitur celebranda annuatim tresdecim marcas sex solidos et octo denarios Item eisdem curato et capellanis et suis successoribus pro vno anniuersario apud suprascriptum altare annuatim et imperpetuum in die sancti georgii martiris pro salute anime mee et animarum omnium predictarum suprascriptarum celebrando videlicet placebo et dirige in nocte sancti georgii cum missa ac nota in die et trigentale per ebdomitam immediate sequentem cum pulsatione campanarum et cituatione tabule super monimentum meum et reliquis requisitis in anniuersariis honeste vt moris est viginti solidos dicte monete Item pauperibus magis degentibus annuatim in die dicti anniuersarij viginti solidos dicte monete videlicet dimedium dicte summe in panibus et alterum dimedium eiusdem in pecuniis videlicet plakkis et penneis Reliquum vero summe omnium annuorum reddituum et firmarum terrarum suprascriptarum tribui et applicari volo et ordino ad reparationem et manutentionem suprascriptarum terrarum cum egere et deficere contingerint per dictos curatum et capellanos et eorum collectorem pro tempore prout deo in die extremi Iudicii respondere voluerint

Chirographum

Hec est vera et indubitata copia principalis carte fundacionis domini villelmi cowpar capellani Cum agmentacione eiusdem domini Willelmi in eadem contenta collacionata per me magistrum Iohannem nicholsoun notarium publicum nihill addendo aut diminuendo quod facti substanciam mutaret seu variaret Sed concordans cum suo principali originali de verbo in verbum teste hec mea subscriptione manuali

Ita est Iohannes nicholsoun notarius publicus ad hec manu propria

XCV.

fol. 72[2] OMNIBUS hanc cartam visuris vel audituris dominus dauid Wauss capellanus perpetuus capellanie Altaris Sanctj martinj infra ecclesiam diuj nicholaij de aberdene per quondam bone memorie magistrum Thomam vauss olim precentorem morauiensem et canonicum aberdonensem fundate Eternam in domino salutem Noueritis me cum

expressis consensu et assensu reuerendj in christo patris ac dominj villelmi miseratione diuina Aberdonensis episcopj decanj et capitulj eiusdem ad hoc vocatorum Ac capitulariter congregatorum citatis prius omnibus interesse habentibus ad effectum infrascriptum per edictum publicum in valuis domus capitularis eiusdem per interualla debita vt moris est affixum commodoque et vtilitate dicte mee capellanie in hac parte vndeque preuisis et consideratis ac pro augmentatione rentalis eiusdem dedisse concessisse et ad feodifirmam annuam Pentionem seu emphiteosim dimisisse et hac presente carte [*sic*] mea confirmasse Necnon per presentes dare concedere et ad feodifirmam annuam Pentionem seu emphiteosim dimittere et hac presente carte mea confirmare prouido viro Iohannj Waus filio et heredj quondam richardj Waus olim burgensis de aberdene suis heredibus et assignatis totam et integram illam terram dicte capellanie mee incumbentem et Pertinentem Iacentem infra dictum burgum de aberdene in vico caustrj ex parte australj eiusdem vicj inter terram andree cullane ex occidentalj ex vna et terram Willelmj rolland senioris ex orientalj partibus ab altera communem viam regiam versus boream et terram Willelmj rolland senioris antedictj versus austrum Tenendam et habendam totam et integram dictam terram cum pertinenciis dicto Iohannj Waus suis heredibus et assignatis absque tamen dimisione eiusdem sed in integrum succedentj ad eandem de me et successoribus meis capellanis dicte capellanie in feudifirma imperpetuum Cum omni Iure et Iuris clameo titulo proprietate et possessione cum debitis longitudine et latitudine cum edificiis desuper constructis et construendis ac cum omnibus aliis et singulis libertatibus commoditatibus asiamentis ac Iustis suis pertinenciis quibuscunque tam non nominatis quam nominatis tam subtus terra quam supra terram ad eandem spectantibus seu iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum libere quiete plenarie integre honorifice bene et in pace sine impedimento obstaculo aut reuocatione aliqualj mej aut successorum meorum capellanorum dicte capellanie seu aliorum quorumcunque in futurum Reddendo inde annuatim dictus Iohannes heredes suj et assignatj supradictj michj et successoribus meis capellanis dicte capellanie vnum annuum redditum quadraginta solidorum monete scocie et in augmentationem rentalis dicte mee capellanie summam vigintj solidorum eiusdem monete extendentem in toto ad tres libras supradicte monete ad duos annj terminos pentecostes videlicet et

sanctj martinj in yeme per equales medias porciones nomine feudifirme vna cum sustentatione et reparatione dicte terre seu tenementj in parietibus tecto et aliis quibuscunque necessariis ad dictam terram seu tenementum spectantibus prout hactenus sustentatis et reparatis extiterat temporibus retroactis Et supremo domino nostro regj quantum de Iure vel consuetudine spectat Tantum pro omni alio onere seruicio exactione questione seu demanda que de huiusmodj terra seu tenemento cum pertinenciis exigj poterit quomodolibet aut requirj Et si contingat dictum Iohannem heredes suos aut assignatos deficere in solucione huiusmodj summe trium librarum per tres terminos aut in sustentacione et reparacione huiusmodj tenementj seu terre prout supra expressum
fol. 73[1] est seu huiusmodj terram siue tenementum alienare absque meo consensu seu successorum meorum capellanorum dicte capellanie ipso facto cadet seu cadent a Iure suo sit quod ad me et successores meos antedictos huiusmodi terra seu tenementum libere reuertatur et nobis sit libera facultas disponendj super eadem in futurum Et ego vero dominus dauid Waus et successores mej dicte capellanie totam et integram Dictam terram cum pertinenciis dicto Iohannj Waus suis heredibus et assignatis vt supradictum est in omnibus et per omnia per omnes terras et possessiones nostras contra omnes mortales varantizabimus acquietabimus et imperpetuum defendemus fraude et dolo seclusis In cuius rej testimonium Sigillum meum proprium et sigillum prelibatj reuerendo [*sic*] in christo patris necnon sigillum commune dictorum decanj et capitulj aberdonensis In signum consensus eorundem vna cum subscriptione manualj presentibus sunt appensa apud aberdene Die mensis Decembris anno dominj millesimo quingentessimo trigesimo nono Coram hiis testibus

XCVI.

VNIUERSIS et singulis ad quorum noticias presentes littere peruenerint henricus de leytht de barnis salutem in omnium saluatore Sciatis me dedisse concessisse ac tenore presentium confirmasse discreto viro domino Villelmo de camera presbitero licentiato in artibus vnam capellaniam duodecim marcarum vsualis monete scotie annuorum reddituum prout carte inde confecte plenius attestantur diuina celibraturo ad altare sanctorum laurentij et ninianj situatum in ecclesia parrochiali beati nicolaj de abirdene coram ymagine beate

virginis marie Ibidem situata pro salute anime mee et anime villelmj de cadiou quondam burgensis de abirdene Tenendas et habendas totas integras duodecim marcas annuorum reddituum cum pertinenciis et cum omnibus et singulis libertatibus commoditatibus et asiamentis ac Iustis suis pertinenciis quibuscunque prefato domino villelmo pro toto tempore vite sue libere quiete plenarie integre honorifice bene et in pace cum plena et libera potestate recipiendi per se vel procuratorem suum duodecim marcas supradictas annuorum reddituum predictorum pro eisdem si et quoties opus fuerit distringendi et namandj necnon et namos in defectu solucionis dictorum annuorum reddituum vendendi et alienandi ac omnia alia et singula faciendi et exercendi que circa premissa necessaria fuerint aut quomodolibet opportuna Insuper concedo pro me et heredibus eidem domino villelmo liberam potestatem substituendi ydoneum capellanum ad exercendum officium suum in dicta capellania quoties sibi opus fuerit vel expediens In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum apud abirdene quartodecimo die mensis maij anno dominj millesimo quadringentesimo quadragesimo primo

XCVII.

OMNIBUS hanc Cartam visuris vel Audituris henricus de leytht de barnis salutem in domino sciatis me dedisse concessisse et hac presente carta mea confirmasse vnum annuum redditum duarum marcarum exeuntem de ly galcroft Iacente ex parte boreali montis castri burgi de abirdene inter croftum thome Kynidy dictum phyl ye cop ex parte australi ex parte vna et quoddam croftum fratrum predicatorum ex parte boreali ex parte altera Ac vnum annuum redditum decem marcarum annuorum reddituum exeuntem annuatim de quibusdam terris burgagiis Iacentibus infra dictum burgum de abirden vt carta inde confecta plenius attestatur in puram et perpetuam elimosinam deo et beate marie et omnibus sanctis ac vnj capellano coram Imagine beate Virginis marie ad altare sanctorum Laurentij et ninianj in ecclesia beatj nicolaj de abirdene imperpetuum diuina celibraturo pro salute anime mee et anime vilhelmj de cadiou quondam burgensis dictj burgi TENENDOS et habendos totos et integros annuos redditus duodecim marcarum cum pertinenciis dicto capellano et suis successoribus imperpetuum ad duos annj terminos infra burgum vsuales pentecostes vide-

fol. 73[2]

Carta fundacionis henricj Leytht de barnis

licet et sancti martinj in hyeme per equales portiones libere quiete plenarie integre bene et in pace cum plena et libera potestate namandi et distringendi per se vel procuratorem suum firmarios et inhabitantes dictas terras et dicti crofti cultores si et quotiens opus fuerit pro annuis redditibus supradictis et si contingat aliquo casu quod dictus annuus redditus duarum marcarum in toto vel in parte leuari non poterit annuatim de dicto crofto ad terminos prelibatos volo et concedo pro me et heredibus meis quod Idem annuus redditus duarum marcarum leuetur integre et percipiatur de quibuscunque croftis vel annuis redditibus quoruncunque croftorum mihi uel heredibus meis in dicto burgo spectantibus vel spectare valentibus quomodolibet Et ego vero dictus henricus heredes et assignati mej omnes predictos annuos redditus cum pertinenciis duodecim mercarum dicto capellano quj pro tempore fuerit et suis successoribus per omnes terras et possessiones nostras ac omnia bona nostra mobilia et Immobilia Imperpetuum varantizabimus acquietabimus et defendemus In quorum omnium fidem et testimonium sigilium meum huic presentj carte mee est appensum Et ad maiorem rei euidentiam sigillum commune dicti burgi apponj presentibus procurauj apud abirdene quarto decimo die mensis maij anno dominj millesimo quadringentesimo quadragesimo primo coram his testibus Iohanne fyff tunc preposito alexandro de camera gilberto menzes Iohanne wauss waltero de drumbrek et roberto de camera vnacum villelmo akinsoun conburgensibus dicti burgi cum multis alijs etc Orate pro fundatore

Chirographum

Hec est vera copia principalis carte fundacionis collacionata et inscite per me notarium publicum subscriptum

Ita est Iohannes Kennedy notarius publicus manu propria

XCVIII.

fol. 74[1]

Carta henricj Leytht

OMNIBUS hanc cartam visuris vel Audituris henricus de leytht dominus de barnis salutem in domino sempiternam Sciatis me pro salute anime mee mariote stewartt sponse mee animarumque antecessorum parentum et successorum nostrorum ac omnium fidelium viuorum ac defunctorum dedisse concessisse et hac presente carta mea confirmasse in puram et perpetuam elimosinam deo et beate marie

virginj genitrici sue et omnibus sanctis et vnj capellano diuina celibrantj et Imperpetuum celibraturo in ecclesia parrochiali de abirdene ad altare sanctorum laurentij et ninianj coram ymagine sancte marie pro Salute animarum omnium predictorum vnum annuum redditum decem marcarum vsualis monete Regnj scotie leuandum annuatim et percipiendum de terra Thome craufurd Iacente in vico castri ex parte australi eiusdem vici inter terram alexandri com ex parte orientali ex parte vna et terram vilhelmj de mar ex parte occidentalj ex parte altera viginti solidos Et de terra roberti wallaus Iacente in eodem vico ex parte australi eiusdem vici inter terram Iohannis scroggis ex orientali parte ex vna et terram andree ancroft ex occidentali parte ab altera viginti solidos Et de terra alexandri ruyerfurd Iacente In eodem vico Ex parte australj eiusdem vici inter terram Andree ancroft ex parte orientali ex parte vna et terram gilberti menzes ex parte occidentali ex parte altera viginti solidos Et de terra thome stephanj Iacente in vico furcarum ex parte orientali eiusdem vici inter terram thome roull ex parte borealj ex parte vna et terram meam propriam quam inhabitauit quondam Thomas turnour ex parte australj ex parte altera viginti solidos Et de terra dicti Thome roull Iacente in eodem vico ex parte orientali eiusdem vici inter terram dicti thome roull quam inhabitat ex parte boreali ex parte vna et terram dicti thome stephanj ex parte australj ex parte altera viginti solidos Et de terra symonis Blak Iacente in ly gaistraw ex parte occidentali eiusdem vici inter terram quondam dauid Blak ex parte australi ex parte vna et terram Iohannis reid ex parte boriali ex parte altera vigintj solidos Et de bothis stephanj Iohannis in vico furcarum in le buthtraw ex parte occidentali eiusdem vici inter terram angusij adamsoun ex parte boreali ex parte vna et terram dicti stephanj Iohannis ex parte australj ex parte altera tresdecim solidos et quatuor denarios Tenendum et habendum ac percipiendum dictum annuum redditum decem mercarum predicto capellano et suis successoribus imperpetuum de dictis terris ad duos annj terminos vsuales penticostes videlicet et beatj martinj in hyeme per equales portiones libere quiete plenarie integre honorifice bene et In pace cum plena et libera potestate nammandi et distringendi per se vel procuratorem suum seu procuratores suos firmarios et inhabitantes dictas terras quoties opus fuerit pro annuo redditu supradicto Et si forsan aliquo casu contingente dictus annuus Redditus decem mer-

carum in toto vel in parte de dictis terris leuarj non poterit annuatim Volo et pro me et heredibus meis concedo quod Idem annuus redditus de firmis omnium croftorum meorum de Abirden singulis annis et statutis terminis leuetur et percipiatur modo et forma quibus supra volo etiam et ordino pro perpetuo capellano predicto quj pro tempore fuerit ad quodcunque aliud beneficium promoto liceat mihi et heredibus meis masculis alium capellanum ydoneum ad eandem capellaniam perpetuam
fol. 74[2] presentare Et si per dimisionem vel mortem perpetuj capellanj quj pro tempore fuerit ad dictam capellaniam sic vacantem per mej vel heredum meorum masculorum negligentiam alius capellanus ydoneus infra quadraginta dies tunc Immediate sequentes non fuerit presentatus Volo et concedo pro me et heredibus meis quod prepositus et communitas dicti burgi de abirdene Illa vice libere disponere valeant de capellania supradicta Preterea si contingat quod absit vt de corpore meo quod heredes masculj non procedant Volo et concedo quod Ius presentandj ad predictam capellaniam ad prepositum et communitatem dicti burgi deuoluatur perpetuo Insuper volo et decerno pro me et heredibus quod dictus Capellanus dicte capellanie intersit horis canonicis in dicta ecclesia celibrari consuetis Et ego vero predictus henricus heredes mej et mej assignatj predict .m annuum redditum decem mercarum predicto capellano perpetuo quj pro tempore fuerit modo et forma prescriptis contra omnes mortales varantizabimus acquietabimus et imperpetuum defendemus In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum vnacum sigillo reuerendj in christo patris ac dominj dominj henricj episcopi Abirdonensis et communitatis dicti burgi de abirdene testibus predicto reuerendo in christo patre ac domino henrico dei gratia Episcopo abirdonensi domino alexandro forbes milite domino eiusdem Iohanne scroggis tunc preposito dicti burgi de abirden Thoma de camera Iohanne waus gilberto menzes stephano Iohannis Thoma blindschell burgensibus dicti burgi alexandro de camera mathea fechat tunc balliuis villelmo aikinsoune malcolmo sissour tunc bedellis cum multis alijs In anno dominj mcccc quadragesimo quarto die mensis maij

Chirographum Hec est vera copia carte principalis fundacionis collacionata per me notarium publicum subscriptum

Ita est Iohannes Kennedy notarius publicus manu propria

XCIX.

OMNIBUS hanc Cartam visuris vel audituris Nicholaius baxstar fol. 75[1] burgensis de Abirdene Eternam in domino salutem futuri letabundi quidem hiis qui bona in vita sua egerunt et pleni anxietate et tristicia contrafacientibus perpetualiter duraturi volens igitur diem extremi Iudicij operibus misericordie peruenire ut seminata in terris multiplici fructu colligere valeamus in celis vnde noueritis me in honorem dei omnipotentis intemerate eiusdem genitricis marie omniumque celestium Ciuium pro salute anime mee anime agnetis howesone vxoris mee prolium nostrarum parentum et benefactorum nostrorum eorumque omnium a quibus aliqua bona minus iuste habuimus necnon animarum omnium fidelium dedisse concessisse in puram et perpetuam elimosinam et hac presente carta mea confirmasse Prouidis et discretis viris curato et capellanis chori ecclesie perrochialis diui Nicholaij de abirdene et eorum successoribus Imperpetuum Totam et integram illam terram meam cum pertinenciis Iacentem infra dictum burgum in vico furcarum ex occidentali parte eiusdem inter terram heredum quondam Iohannis murray ex australi ex vna terram thome blak ex boreali partibus ab altera et communes vias regias versus oriens et occidens Tenendam et habendam totam et integram dictam terram cum pertinenciis prefatis curato et capellanis et eorum sucessoribus capellanis dicti chori a me heredibus et assignatis meis de supremo domino nostro rege et suis successoribus regibus scocie in feodo et hereditate imperpetuum cum omni Iure et iurisclameo titulo proprietate et possessione cum debitis longitudine et latitudine cum edificijs desuper constructis et construendis cum lapidibus lignis et calce ac cum omnibus alijs et singulis libertatibus commoditatibus et asiamentis ac iustis suis pertinenciis quibuscunque tam non nominatis quam nominatis tam subtus terram quam supra ad predictam terram cum pertinenciis spectantibus seu iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum adeo libere plenarie integre honorifice bene et in pace in omnibus et per omnia sicut aliqua terra infra dictum burgum venditur datur aut in puram et perpetuam elimosinam conceditur sine reuocatione reclamatione aut contradictione aliquali mei heredum meorum aut aliorum quorumcunque Quamobrem dicti curatus et capellani et eorum successores celebrabunt Imperpetuum pro anima mea et anima dicti agnetis howesone vxoris mee omni ebdomida

feria secunda vnam missam de quinque wlneribus christi per vnum dictorum capellanorum vt moris est ad altare sancte crucis in naui ecclesie setuatum lie broune croce wlgariter vocate Necnon in die obitus mee annuatim exequias mortuorum cum placebo et dirige missa denota et trigentali per ebdomitam immediate sequentem ut moris est Imperpetuum pro salute anime mee et animarum predictarum Insuper collector dictorum capellanorum qui pro tempore fuerit preconem cum campana manuali totum oppidum circumire faciet in die exequiarum ut incitetur populus ad deprecandum pro saulute animarum predictarum tabulam super monumentum meum ponet Idem pallio siue cooptorio honesto cooperiet luminaria cerea Inueniet et demum sacristam prefate ecclesie campanos trina vice Ad eiusmodi exequias et similiter ad missam pulsari faciet expensis dictorum capellanorum ut coram summo Iudice respondere velint quo seruitio defeciente quod absit conditione adiecta quod heredes prefati nicholaij sine quocunque obstaculo habeant regressum ad predictam terram cum pertinenciis Reseruando tamen per omnia dicto nicholaio liberum tinementum et vsumfructuum eiusdem pro toto tempore vite sue et Immediate post obitum suum intromittentem cum proficuis et fructibus eiusdem tere [*sic*] cum pertinenciis et etiam incipiens seruitium prenotatum et sic continuans imperpetuum Tantum pro alio seruicio seculari exactione seu Demanda que de pre-
fol. 75² dicta terra cum pertinenciis aliqualiter exigi poterit aut requiri Et ego vero dictus nicholaius baxstar heredes mei et assignati totam et integram dictam terram cum pertinenciis prefatis curato et capellanis et et [*sic*] eorum successoribus in omnibus et per omnia ut premissum est per omnes terras et possessiones meas contra omnes mortales varantizabimus acquietabimus et Imperpetuum defendemus omnibus fraude et dolo seclusis In cuius rei testimonium sigillum meum proprium vna cum sigillo honorabilis viri Willelmi rolland vnius balliuorum dicti burgi ac datoris sasine huiusmodi presentibus sunt appensa Apud abirdene secundo die mensis aprilis Anno domini millesimo quingentesimo vigesimo septimo coram testibus prouidis viris dauid lame andrea craufurd Iuniore andrea durty alexandro hay dauid murray burgensibus de abirdene dauid heroun sergiando et magistro Ioanne nicholsone notario publico cum diuersis alijs ad premissa vocatis pariter et rogatis

C.

Commune Rentale Capellanorum ecclesie diuj nicolaij de abirdene de annuis redditibus eisdem infeodatis ut lucidius per sequencia patebit etc * fol. 76[1]

IN primis pro domino Ioanne kingorin quondam vicario de abirdene de crofto quondam roberti prat prope molendinum Iusticiarij x s †

Item pro eodem de terra gilbertj littstar in vico viridi iiij s iiij d ‡

Item pro eodem de terra quondam Iacobi kennedy nunc roberti kennedy in eodem vico xx d §

Summa huius xvi s

Item pro domino roberto patosoun capellano de terra quondam dominj thome heruey nunc ministro sancte trinitatis per nos capellanos chori diuj nicolaij de abirdene et suis successoribus infeodati Iacente in vico nauium Iuxta sancte trinitatis locum xx s ||

Item pro eodem de crofto quondam alexandri mar nunc Ioannis mar Iuxta crapstain x s vj d

Item pro eodem de crofto roberti culane nunc Ioannis culane iij s vj d ¶

Summa huius xxxiiij s

Item pro Iacobo blinscheil de terra Ioannis malisoun nunc alexandri gray incolas in vico inferiorj ecclesie diuj nicolaij in toto de illa terra vj s **

Item pro eodem de terra nicolaij baxstar in eodem vico inferiorj ecclesie x s ††

Summa huius xvj s

Item de terra olim Ioannis gillespy pro Ioanne gillespy in vico furcarum nunc heredum Andree barker pertinente x s

Summa huius x s

Item pro Willelmo ratre de terra quondam ipsius Willelmj ratre in vico castri ex boreali parte eiusdem vici castri xiij s iiij d ‡‡

Notae quae sequuntur in foliorum marginibus sunt scriptae.

* Possessores terrarum subscriptarum in anno domini mvlxxxvij

† Nunc in manibus Alexandri howesone senioris

‡ In manibus walteri lowson andree dun et Iohannis clark

§ In manibus Iohannis fraser latoun

|| De magno horto magistri roberti chamer

¶ Walteri cullane

** Arthuri pantoun

†† Magistri andree auchinlek

‡‡ In manibus Iohannis dauidson et andree aedy

Item pro eodem de terra quondam thome og extra portam eiusdem vici nunc Ioannis murray Iunioris per nos capellanos chorj infeodati vj s viij d *

Summa huius xx s

Item pro matheo fichat de terra boreali quondam Ioannis knollis Iacente in ly gaistraw ex occidentali parte eiusdem xx s †

Summa huius xx s

Item pro Waltero thomsoun de terra quondam Ioannis huytzousoun in li hukstarraw nunc Willelmi rolland in vico castri x s ‡

Summa huius x s

Item pro Waltero achneiff Iuniore de terra dicti Walterj Iacente in vico inferiorj ecclesie beati nicolaij inter terras andree low et andree meldrum xx s §

Summa huius xx s

Item prepositi quam inhabitat Walterus blair v s ||

Item pro Iohanne hutzousoun de terra quondam alexandri mathesoun nunc vicarij de neig dominj andree scherar tutoris filie ipsius alexandri Iacente in vico furcarum ex occidentali parte eiusdem vicj xiij s iiij d

Summa huius xiij s iiij d

Item pro duncano clet et helena eius sponsa de terra ipsius duncanj olim nunc dominj Ioannis rudirfurd militis Iacente in vico superiorj ecclesie diuj nicolaij xiij s iiij d ¶

Quamuis dicta terra debet xx s secundum tenorem premeue fundationis

Item pro thoma blinscheil de terra quondam Willelmi scrimzour nunc roberti smytht in vico superiori castri Iacente ad capud vicj in li heidraw ex orientali parte eiusdem xiij s iiij d **

Summa huius xiij s iiij d

Item pro domino Willelmo leitht de terra quondam patricij lesley senioris in vico inferiorj ecclesie quam inhabitat vxor eiusdem ex australi parte eiusdem vicj xvj s ††

Summa huius xvj s

* Heredum villelmi ranalson locata pro x s

† Andree Jak

‡ In manibus thome duvy

§ Dauidis ferguson

|| Andree mengzes

¶ Patricij lokhart

** Gilberti blak

†† Jacobi lesly

Item pro Iohanne steuensoun et vxore de terra quondam Iohannis litstar capellanj Iacente in vico inferiori ecclesie xx s *

Summa huius xx s

Item pro gilberto menzes andrea menzes et alexandro menzes de croftio quondam andree murray nunc heredum dauid murray quodquidem croftum olim pertinebat dicto alexandro menzes xx s et hoc ad festum pentecostes † fol. 76[2]

Summa huius xx s

Item de crofto quondam richardi kintor nunc heredum alexandri myrtoun pro thoma crafurd et vxore sua xiij s iiij d

Summa huius xiij s iiij d

Item pro roberto blinscheil pro missa dominicali de terra quondam henricj lorin nunc thome angussoun in vico nauium salmonum piscatores ex occidentali parte eiusdem x s viij d ‡

Item de terra nunc penitus vasta per capellanos Ioannj middiltoun assidata in eodem vico Iacente set defecit in solutione et nunc recuperata per tres processus legitimos x s §

Summa huius xx s viij d et nichil solutum nisi tantum x s viij d

Item pro obitu ipsius robertj de terra de petmokstoun xxvj s viij d ||

Item de quondam alexandri menzeis olim Willelmi blinscheil nunc gilberti menzes de officinis seu bothis in opposito officinarum fabrorum ex occidentali parte vicj xiij s iiij d ¶

Summa huius xl s et de hoc ad pauperes et collationem xx s et alii viginti solidi inter capellanos

Item pro magistro thoma murisoun quondam vicario de premet de terra Iacobi collisoun in vico inferiorj ecclesie quam inhabitat xx s **

Summa huius xx s

Item de terra quondam Iacobi andirsoun nunc vxoris Ioannis murray senioris in vico castri commorantis Iacente apud li fuyl gutter in vico castri pro magistro simone doddis xxij s ††

Summa huius xxij s

Item pro domino dauid Waus de terra quondam Iohannis menzes nunc thome brechin Iacente in vico nauium xx s ‡‡

* Patricij gray senioris
† Nunc in manibus alexandri rudirfurd
‡ Nunc in manibus thome ph. . . . (*nomen et cognomen deleta sunt*)
§ Heredum thome fynne
** Alexandri rutherfurd
|| Magistri gilberti bissett
†† Iohannis melvin
¶ Wilhelmj Iak
‡‡ Roberti watson

Summa huius xx s

Item pro Willelmo cantely de terra olim ipsius Willelmj nunc alexandri tulideff in vico furcarum ex orientali parte eiusdem vicj xij s

Item pro eodem de terra nostra noua ex premeua fundatione xiij s iiij d

Summa huius xxv s iiij d

Item pro Ioanne knollis et vxore de terra quondam duncanj tailzour nunc Ioannis arthuri in vico furcarum xvj s viij d

Item pro eodem de terra quondam Ioannis loudoris nunc andree tailzour iij s iiij d

Summa huius xx s

Item pro margareta Waus et Ioanne menzes eius sponsa de terra gilberti menzes Iacente in vico castrj ex australi parte eiusdem vicj xx s *

Summa huius xx s

Item pro andrea branche de terra quondam Willelmi meirnis in vico inferiori ecclesie nunc vasta vj s viij d

Item pro eodem de terra mathee branch in vico nauium iij s iiij d

Summa huius x s et de hac vasta vj s viij d

Item pro Ioanne durward de terra heredum Ioannis kintor quam inhabitat vxor dauid mar senioris in vico superiore ecclesie v s †

Item pro Ioanne stuwart et vxore de terra olim ipsius Ioannis nunc duncanj portar in vico furcarum ex orientali parte eiusdem vicj xvij s iiij d

Summa huius xvij s iiij d

Item pro domino alexandro vocat et agnete fichat vxore quondam dauid collisoun de terra quondam Iacobi collisoun in vico furcarum olim dauid roberti pertinente ex occidentali parte eiusdem iii s iiij d ‡

Item pro eisdem de terra valterj thomsone nunc Ionnak thomsoun Iacente in eadem parte eiusdem vicj v s

Item pro eisdem de terra quondam andree anfra Iacente ex orientali parte eiusdem vici xij d

Item de terra Ioannis collisoun in eodem vico iacente ex occidentali parte eiusdem vicj Iuxta terram agnetis buchane xx d

Item de terra thome tailzour nunc Willelmj lione in futhe quam inhabitat Iohannes cromy ix s

Summa huius xx s

* Gilberti menzes de petfodellis

† Heredum gavini vischert

‡ Vicesimo Primo Marcij 1593 Productum in modum probationis roberti . . .

Item pro Willelmo adamsoun et vxore de terra quondam richardi kintor nunc roberti moises quam ipse inhabitat xx s *

Summa huius xx s

Item pro margareta blabir vxore quondam Ioannis blak de terra quondam andree henricj nunc heredum andree burnat prope darnattis gawille xiij s iiij d fol. 77[1]

Summa huius xiij s iiij d

Item pro domino andrea henricj de eadem terra xiij s iiij d

Summa huius xiij s iiij d

Item pro Willelmo futhes pro missa de quinque vulneribus omni feria secunda de terra quondam Willelmj nicolsoun in vico castrj nunc heredum eius ex borreali parte eiusdem vicj xx s †

et de terra quondam magistri alexandri bissat nunc capellanorum chori assidata per capellanos Iohannj collisoun Iuniorj vj s vj d

capellanis chori et capellano sancti eligij v s vi d

in toto de terra illa xij s

Summa nobis xx s vj s vj d

Item pro Ioanne torreletht de terra quondam mariorie monk extra portam borealem vici castri xiij s iiij d ‡

et de terra Iohannis saddelar apud pontem vicj inferioris ecclesie xi s §

Summa huius xxiiij s iiij d

Item pro philipo dunbrek et elizabet dacker de terra olim laurencj thome nunc simonis flescher per nos capellanos sibi assidata in vico inferiori ecclesie ex australi parte eiusdem vicj x s

Summa huius x s

Item pro lindesay harrat de terra quondam dauid finny quam vxor eius inhabitat in vico castrj iij s

Summa huius iij s

Item pro thoma midding de terra olim ipsius thome nunc ade bobstar per nos assidata in vico li scuylhile xij s ||

Summa huius xij s

Item domino Willelmo elphinstoun rectore de clat de terra olim andree atkin nunc magistri thome chawmer sibi per nos assidata in vico nauium xx s ¶

* Walterj lowsone

† Dauidis mar Iunioris

‡ Edwardi donaldson et macolinj car

§ Heredum thome nicolson

|| Stil

¶ Heredum gilberti cryle

Summa huius xx s

Item pro Ioanne Vormet et vxore de crofto quondam dicti Iohannis Iacente in futhe nunc per nos dauid andirsoun assidato xx s *

Summa huius xx s

Item domino andrea gray et helena gawit matre eius pro missa de nomine ihesu omni sexta feria ad altare sanctj michaelis de crofto Ioannis collisoun vocato li loch crofte xx s

Summa huius xx s

Item pro domino Ioanne stirling pro missa de commemoratione sanctj spiritus qualibet tertia feria ad altare sancti Iohannis euangeliste de crofto quondam Willelmi anfray x s

Item pro eodem de omnibus et singulis terris et rudis roberti andirsoun Iunioris burgensis in Inruuery Iacente infra burgum de Inruuery xj s

Summa huius xxj s

Item pro eodem domino Iohanne pro missa de commemoratione sancte trinitatis ad altare sancti Iohannis euangeliste de terra quondam duncanj tailzour nunc Ioannis arthuri ex aduerso conuentus fratrum minorum xx s

Summa huius xx s

Item pro domino duncano reid pro missa commemorationis corporis cristi omni quinta feria ad summum altare de terra quondam andree michelsoun prope portam de schuilhil x s †

Item de terra Ioannis mair in vico furcarum quam ipse inhabitat pro eodem vii s ‡

Item pro eodem de terra Walteri thome nunc sonnok Iacente in vico furcarum ex occidentali parte eiusdem vicj v s

Summa huius xxij s

Item pro Ioanne cromy et vxore de tota et integra terra quondam nunc capellanorum diuersis personis assidata omnibus annuis redditibus aliis debitis deductis et abstractis ad nos peruenientibus vj s ij d

fol. 77[2] Item pro valtero achneiff seniore de terra quondam andree murisoun nunc nicholaij baxstar in vico inferiori ecclesie ex parte australi eiusdem vici x s

Item de terra vasta quondam georgii valcar x s

* Roberti cullan † Villelmj patre cantoris ‡ Georgij strauchauchin

Item pro eodem de terra quondam martinj kemp in li grein nunc Iacobj collisoun v s

Summa huius xxv s set x s in vasta

Item pro domino Willelmo murisoun quondam curato huius opidj de terra quondam ipsius dominj Willelmj Iacente in futhe nunc Iohannis arthurj xx s *

Summa huius xx s

Item pro Willelmo buchane pistore agnete straachin sponsa sua et andrea gordoun de singulis rudis Willilmj henirson olim Iohannis curry thome chousoun Iacente in burgo de Inruury prout habetur in euidentiis desuper confectis xxiij s iiij d

Summa huius xxiij s iiij d

Item pro gilberto menzes preposito pro missa de commemoratione sancti spiritus omni feria quarta ad altare sancti sebastianj de crofto quondam Willelmi prat nunc dicti gilberti Iacente prope molendinum Iusticiarij xiij s iiij d

Item de alio crofto vj s viij d

Summa huius xx s

Item pro domino Ioanne chawmer pro missa de quinque vulneribus cristj omni feria sexta ad altare sancti saluatoris de terra interiori quondam Ionete rolland nunc heredum alexandri gordoun episcopi in vico superiori ecclesie ex boreali parte eiusdem xxiiij s †

Summa huius xxiiij s

Item pro alexandro wschert de terra quondam ipsius nunc capellanj sancti thome martiris x s

Summa huius x s

Item pro domino andrea chawmer de predicta terra v s

Et curatus magister thomas chawmer magister gilbertus chawmer magister duncanus chawmer et gilbertus litstar executores quondam dicti domini andree chawmer tenentur secundum tenorem vltime voluntatis dicti domini andree capellanis chori beati nicolaij de abirdene infeodare de alijs quinque solidis De quinque libris quas ab eodem domino andrea receperunt

Item pro andree lousoun et vxore de terra domini andree coupar in capite vicj inferioris ecclesie xij s

* Gilbert menzes

† De terra quondam Iohannis arthour

Item pro eodem de terra quondam alexandri coupar nunc dicti domini andrea Willelmi blinscheil et Willelmi brechin in vico nauium tam de interiori quam exteriorj viij s

Summa huius xx s

Item pro magistro thoma chawmer curato et eius matre de terra eiusdem magistri thome in vico furcarum ex orientalj parte eiusdem vicj quam inhabitat ipse curatus pro missa sancte katherine omni feria tercia ad altare diue katherine xx s

Summa huius xx s

Item pro Iohanne collisoun seniore eius patre et matre dum ipse vixerit et post obitum dicti Iohannis pro se vxore sua et prolibus ad altare sancti michaelis de tota et integra ipsius Iohannis in vico furcarum ex occidentali parte eiusdem vici quam inhabitat Willelmus lorimar et . . . bissat lignorum serrator interiori et exteriori xx s

Summa huius xx s

Item obitu pro obitu domini Iohannis litstar capellanj de terra quondam richardi litstar iuxta ecclesiam sancte trinitatis in li grein xiij s iiij d

Summa huius xiij s iiij d

Item pro thoma Waus et vxore omni feria quinta pro missa de quinque vulneribus ad altare sancti martinj de terra capellanorum de nouo edificata in capite vici nauium xx s

Item pro eodem de terra willelmi blinscheil in eodem vico nauium Iuxta li kei iiij s vj d

Summa huius xxiiij s vj d

Item magistro Iohanne flescheir cancellario olim de supradicta domo pro missa de commemoratione beate marie virginis ad altare sancti michaelis omni sabbato xx s

Summa huius xx s

fol. 78[1] Item pro alexandro malisoun et vxore pro missa de quinque vulneribus ad altare sancti Ioannis euangeliste omni feria sexta de predicta terra noua xxiiij s *

Summa huius xxiiij s

Item magistro dauid menzes omni sexta feria pro missa de compassione beatissime virginis marie in ecclesia inferiori beati nicolaij de eadem terra xx s

* 8 mai 1604 productum in modum probationis contra Iacobum fyen Robertsoun

Summa huius xx s

Item pro obitu Willelmi futhes de terra olim Willelmj ranesoun in vico superiori ecclesie nunc andree stratoun xiij s iiij d

Summa huius xiij s iiij d

Item pro alexandro strangheid de terra quondam andree branch quam inhabitat matheus branch in vico nauium ex occidentali parte eiusdem x s iiij d

Item pro eodem de horreo quondam patricij lesley nunc heredum suorum in vico viridj Iacente Iuxta cimiterium ecclesie diuj nicolaij v s

Summa huius xv s iiij d

Item pro Ioanne stocker de terra quondam Ioannis culane nunc heredum suorum Iacente in vico furcarum Iuxta li braid gutter ex australi parte eiusdem v s iiij d

Item pro eodem de terra quondam alexandri roch nunc heredum eius in vico viridj vj s

Summa huius xi s iiij d

Item magistro Iohanne badenach et patre eiusdem de terra ipsius magistri Ioannis nunc heredum Ioannis matheland xxiiij s

In vico inferiori ecclesie ex australi parti eiusdem et de pecia terre inter hanc et torrentem Iacente xvj d

Summa huius xxv s iiij d

Item pro roberto crag et vxore pro missa de quinque vulneribus omni sexta feria ad altare sancti petri de terra quondam eiusdem robertj nunc Willelmi king allutarij in vico furcarum ex occidentali parte eiusdem in opposito fratrum minorum xxiiij s

Summa huius xxiiij s

Item pro Iacobo collisoun de terra quondam dauid adamsoun in vico furcarum ex orientali parte eiusdem nunc heredum dicti dauidis xij s

Item pro eodem de terra Iohannis piper in predicto vico ex occidentali parte eiusdem Iacente ij s*

Item pro eodem de terra quondam Willelmj beiltze nunc heredum eiusdem in li schuilhil Iacente ex boreali parte eiusdem ij s

Item pro eodem de terra nicolaij baxstar in vico inferiori ecclesie ex australi parte eiusdem Iacente ij s

* 15 decembris 1607 Productum in modum probationis contra Ioannem touth Robertsoun

Item pro eodem de terra quondam Iohannis portar nunc curatj in vico furcarum Iacente ex occidentali parte eiusdem vicj ij s

Summa huius xx s

Item isti annuj redditus subscripti sunt semper in manibus soluti tempore Celebrationis exequiarum et diuinorum subsequentium *

Item in primis pro thoma prat de terra Iacobi collisoun in vico superiori ecclesie quam inhabitat ipse Iacobus xx s

Item pro eodem de terra quondam Ioannis grig nunc gavini murray in vico furcarum Iacente ex orientali parte eiusdem iiij s

Summa huius xxiiij s

Item pro andrea murray seniori de dimedio rethis de li furdis super aquam de de xxiiij s

Summa huius xxiiij s

Item pro alexandro reid et margareta crafurd eius sponsa de terra quondam dauid tilman nunc Willelmi rolland ex australi parte eiusdem vicj castri xx s

Summa huius xx s

fol. 78[2] Item pro patre et matre alexandri gray de terra quondam alexandrj logy in vico furcarum nunc robertj barbour alias huytzousoun xx s viij d

Summa huius xx s viij d

Item pro magistris Willelmo stradaquhin et thoma stradaquhin de terra interiorj quondam malcomj crag nunc heredum Iohannis fichat in vico castrj ex boreali parte eiusdem xx s

Summa huius xx s

Item capellanus perpetuus beate marie magdalene tenetur soluere annuatim capellanis chorj beati nicolaij de Abirdene pro obitu andree et cristine kagheo sponse eiusdem xx s

Summa huius xx s

Item pro stephano balrony de terra quondam henricj reid nunc heredum eiusdem in vico superiori ecclesie Iacente ex boreali parte eiusdem vicj xx s

Summa huius xx s

Item capellanus premeue fundationis altaris sancti michaelis tenetur soluere capellanis chori diuj nicolaij de abirdene annuatim pro obitu angusij adamsoun xxiiij s

Summa huius xxiiij s

* In manibus solut Redditus

Item capellanus beate marie tenetur similiter soluere eisdem capellanis pro duobus obitibus magistri Ioannis smale videlicet missa de nota cum trigintali sequente ad festum natiuitatis beati Ioannis baptiste et alio trigintali ad festum sancti martinj in hieme de terra quondam ipsius magistri Iohannis smale nunc capellanie beate anne pertinente xx s

Summa huius xx s

Item pro obitu magistri thome waus precentoris quondam morauiensis ac canonicj abirdonensis capellanis sancti martinj premeue fundationis predicti magistri thome ad altare predictum tenetur annuatim soluere capellanis chorj predicti pro missa de nota et trigintali cum locatione tabule et cera ut moris est in dicta ecclesia pro quo idem capellanus infeodatur xiij s iiij d

Summa huius xiij s iiij d

Item pro missa de corpore cristi qualibet secunda feria solenniter ad summum altare pro qua missa capellani infeodantur de molendinis Iusticiarij per prepositum balliuos consules et communitatem dicti burgj iiij lib et

Pro non solutione dicte misse preteritis et elapsis temporibus ij marcarum ad tempus ut plenius continetur in litteris dictis capellanis desuper datis

Item pro magistro andrea hal thesaurario abirdonensis et officiali eiusdem pro prima missa quotidie ad summum altare capellani chori infeodantur imperpetuum de dimedio rethis de le furdis assidati quondam alexandro malisoun et vxori sue et nunc vxori sue durante dicta assidatione v lib

Item pro eodem de terris de findone videlicet achnaquiack et arnabo prout in mortificatione eiusdem lacius habetur xl s

Item pro eodem de terra quondam Willelmi buchane pistoris nunc andree buchane Iunioris pistoris Iacente in vico furcarum viij s viij d

Item pro eodem de terra quondam Iohannis loudoris nunc andree tailzour in vico eodem xj s viij d

Summa omnium pro prima missa viij lib iiij d set de dicta summa capellani soluent capellanis ecclesie cathedralis abirdonensis annuatim xiij s iiij d

et sic pro dicta missa annuatim vij lib vij s

Summa totalis huius misse vij libs vij s

Chirographum

HOC EST RENTALE VERUM ET INDUBITATUM fundacionum omnium reddituum capellanorum chori diui nicolaij de abirdene collectum per dominum andream couper et vsitatum per dictos capellanos et huic registro per magistrum Willelmum philipsoun notarium publicum insertum correctum et castigatum nuperius ut lucidius in cartis fundationum desuper confectis patebit teste cirographo meo manuali vna cum signo huic apposito anno domini millesimo quingentesimo vigesimo primo die mercij vigesimo sexto W Phi Notarii publicj

In folio 79[1] nihil scriptum

CI.

fol. 79[2]

OMNIBUS hanc cartam visuris vel audituris Dominus Dauid Waus Capellanus perpetuus altaris siue capellanie hospitalis sancti thome martyris infra burgum de abirdene situate salutem in domino sempiternam Noueritis me vtilitate mea et successorum meorum in hac parte vndique preuisa et deligenter considerata ex certis causis rationabilibus animum meum Ad hoc mouentibus et presertim pro constructione et edificatione terre vaste Infrascripte de qua ego nec predecessores mei nullum commodum habuimus ad Tempora vltra memoriam hominum preterita cum expressis etiam consensu et assensu prepositi balliuorum consulum et communitatis dicti burgj de abirdene patronorum Indubitatorum dicte capellanie ad hunc effectum in pretorio dictj burgj pro maiore parte congregatorum corpus dicti burgj representantium dedisse concessisse et ad feudifirmam seu perpetuam emphiteosim hereditarie dimisisse et hac presenti carta mea confirmasse Necnon tenore presentium dare concedere et ad feudifirmam seu perpetuam emphiteosim hereditarie dimittere et hac presenti carta mea confirmare honorabilj viro dauidj mar vni balliuorum dicti burgj suis heredibus et assignatis quibuscunque totam et Integram Illam terram vastam et Inhospitatam cum suis pertinenciis dicte capellanie mee Incumbentem Iacentem Infra dictum burgum in vico castri ex occidentali parte eiusdem vici Inter terram olim Ioannis vaus dominj de many ex australj ex vna terram altaris siue capellanie virginis diue barbare infra ecclesiam parochialem beati nicolai de abirdene situate ex boreali partibus ab altera terram roberti cullan versus occidens et communem viam Regiam antedictam versus oriens TENENDAM et habendam

totam et Integram dictam terram vastam cum suis pertinenciis prefato dauidi mar suis heredibus et assignatis A me et successoribus meis de suprema domina nostra Regina et suis successoribus regibus seu reginis scotie in feodo et hereditate ac in libero burgagio imperpetuum cum omnj Iure et Iurisclameo titulo proprietate et possessione cum debitis longitudine et latitudine ac cum omnibus alijs Et singulis libertatibus commoditatibus et asiamentis ac Iustis suis pertinenciis quibuscunque procul et prope ad predictam terram vastam cum pertinenciis spectantibus seu Iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum libere quiete plenarie Integre honorifice bene et in pace sine Impedimento obstaculo aut reuocatione quocunque FACIENDO Inde annuatim dictus dauid sui heredes et assignati supreme domine nostre Regine et suis successoribus regibus seu Reginis scotie seruitium burgagium inde debitum et consuetum Necnon Reddendo Inde annuatim mihi et successoribus meis capellanis capellanie dicte hospitalitatis summam decem solidorum vsualis monete regnj scotie ad duos annj terminos vsuales penticostes videlicet et sanctj martinj in hyeme per equales duas medias portiones nomine feudifirme tantum pro omni alio onere seruitio seculari exactione seu demanda que de predicta terra cum pertinenciis aliqualiter exigj poterint aut requirj Et Ego vero dictus dominus dauid Waus et successoribus [*sic*] mej capellanj supradicte capellanie totam et integram dictam terram vastam cum pertinenciis prefato dauidj mar suis heredibus et assignatis In omnibus et per omnia forma pariter et effectu vt premissum est contra omnes mortales varantizabimus acquietabimus et Imperpetuum defendemus omnibus dolo et fraude seclusis IN CUIUS Rei testimonium huic presenti carte mee subscriptione mea manuali subscripte sigillum meum proprium Necnon sigillum commune dicti burgj de abirdene in signum consensus prepositi balliuorum consulum et communitatis eiusdem burgi patronorum dicte Capellanie ad premissa vnacum sigillo honorabilis viri gilberti menzes iunioris vnius balliuorum dictj burgj ac datoris sasine huiusmodi sunt appensa apud dictum burgum quarto die mênsis octobris Anno dominj millesimo quingentesimo quadragesimo nono coram testibus honorabilibus viris Thoma menzeis preposito dicti burgj gilberto menzes balliuo eiusdem valtero cullane roberto rattre magistro thoma menzes alexandro turing Iohanne Iunor vno sergeandorum dicti burgi et magistro Iohanne kennedy notario publico cum diuersis alijs

Hec est vera et indubitata copia principalis carte feudifirme collacionata per me magistrum Iohannem nicholsoun scribam curie balliuorum abirdonensium ac notarium publicum nihil addendo aut diminuendo quod facti substantiam mutare seu variare poterit sed concordans cum suo principali originali de verbo in verbum teste hac mea subscriptione manualj

Ita est magister Iohannes nicholsoun scriba curie balliuorum burgi de Aberdene ac notarius publicus ad hec manu propria

CII.

fol. 80[1]

Carta Mr. T. Menzeis 1549

OMNIBUS hanc cartam visuris vel audituris Dominus Dauid Waus capellanus perpetuus capellanie siue Altaris beati petri apostoli infra ecclesiam parochialem diui nicolai de abirdene situati eternam in domino salutem noueritis me vtilitate mea Et successorum meorum in hac parte vndique preuisa Et diligenter considerata ex certis causis rationabilibus animum meum ad hoc mouentibus Et presertim pro augmentatione rentalis annuj dicte capellanie ad summam tredecim solidorum Et quatuor denariorum vsualis monete regnj scotie annuatim plusquam tenementum Et ortus Eiusdem Infrascriptus cum suis pertinentijs in valore ad longa tempora preterita dederunt Et persoluerunt cum expressis etiam consensu et assensu prepositi balliuorum consulum et communitatis dictj burgj de aberdene in pretorio eiusdem pro maiore parte congregatorum corpus Integrum dictj burgj representantium patronorum Indubitatorum dicte capellanie dedisse locasse concessisse et ad feudifirmam seu perpetuam emphiteosim hereditarie dimisisse et hac presenti carta mea confirmasse Necnon tenore presentium dare locare concedere et ad feudifirmam seu perpetuam emphiteosim hereditarie dimittere Et hac presenti carta mea confirmare honorabili viro Magistro Thome menzes burgensi dicti burgj suis heredibus et assignatis quibuscunque totum et Integrum Illud tenementum dicte mee capellanie Incumbentibus terram videlicet tam anteriorem quam Interiorem Et ortum earundem cum suis pertinenciis Iacentem Infra dictum burgum in vico castri ex borealj parte eiusdem vici Inter terram quondam patricij leslie ex orientalj ex vna terram quondam magistrj Iohannis badzenoch ex occidentali partibus ab altera communem viam regiam versus austrum et communem venellam dictj burgj versus boream Et hoc quia dictus

magister thomas nouum reedificarj fecit tectum terre anterioris dicti tenementj in tignis tegulis et ceteris necessarijs suis sumptibus Et Impensis Et pro edificatione constructione et reparatione ceterarum partium dicti tenementj Iam veteris et ruinosi ac Imminenter ad terram occasuri si non eidem subito prestetur Instauratio TENENDUM et habendum totum et Integrum dictum tenementum Et ortum eiusdem cum suis pertinentiis prefato magistro thome menzes suis heredibus et assignatis A me et successoribus meis de suprema domina nostra regina et suis successoribus regibus seu reginis scotie in feodo et hereditaria emphiteosi imperpetuum ac in libero burgagio cum omni Iure Et Iurisclameo titulo proprietate et possessione cum debitis longitudine et latitudine Cum edificijs desuper constructis et construendis Ac cum omnibus alijs et singulis libertatibus commoditatibus et asiamentis ac Iustis suis pertinentijs quibuscunque procul et prope ad dictum tenementum cum pertinentijs spectantibus seu Iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum Adeo libere quiete plenarie Integre honorifice bene et in pace in omnibus Et per omnia sicut aliqua terra infra dictum burgum Datur locatur conceditur seu In feudifirmam dimittitur sine reuocatione reclamatione aut contradictione aliqualj mej successorum meorum seu aliorum quorumcunque FACIENDO inde annuatim dictus magister Thomas suj heredes et assignatj supreme domine nostre Regine et suis successoribus regibus seu reginis scotie seruitium burgagium de dicto tenemento debitum et consuetum quantum pertinet ad Idem Necnon reddendo Inde annuatim mihi et successoribus meis capellanis dicte capellanie summam nouem mercarum vsualis monete regnj scotie ad duos Annj terminos vsuales penticostes videlicet et sanctj martinj in hyeme per equales duas medias portiones nomine feudifirme videlicet octo mercas pro antiqua firma dictj tenementj et tredecim solidos et quatuor denarios antedictos in augmentatione rentalis dicte mee capellanie propter causas superius expressas Tantum pro omnj alio onere annuo redditu seruitio secularj exactione seu demanda que de dicto tenemento et orto eiusdem cum pertinentiis aliqualiter exigj poterint aut requiri Et ego vero dictus dauid waus et successores mej capellanj altaris seu capellanie antedicte cum consensu et assensu prepositi balliuorum consulum et communitatis de abirdene patronorum dicte capellanie totum et integrum dictum tenementum terram videlicet tam anteriorem quam interiorem et ortum earundem cum suis per-

tinenciis prefato magistro thome menzes suis heredibus et assignatis liberum Immunem Et exoneratum ab omnj alio annuo redditu et onere dempta summa suprascripta In omnibus et per omnia forma pariter et effectu vt premissum est contra omnes mortales varantizabimus acquietabimus et imperpetuum defendemus omnibus dolo et fraude seclusis In cuius Rej testimonium huic presenti carte mee subscriptione mea manualj subscripte sigillum meum proprium vnacum sigillo honorabilis viri alexandrj ruyerfurd vnius balliuorum dicti burgj ac datoris sasine et possessionis huiusmodi tenementj Acetiam sigillum commune dictj burgj de abirdene sunt appensa Apud abirdene quarto die mensis octobris anno dominj millesimo quingentesimo quadragesimo nono coram testibus honorabilibus viris magistro roberto lumisden dauide andersoun valtero cullan dauid mar gilberto malisoun burgensibus dicti burgj dauid Reid et Iohanne Iunor Sergeandis magistro Ioanne nicholsoun et magistro Ioanne kennedy notariis publicis cum diuersis alijs

Hec est vera et indubitata copia principalis carte feudifirme collacionata per me magistrum Iohannem nicholsoun notarium publicum et scribam communem burgi de abirdene nihil addendo aut diminuendo quod facti substantiam mutare seu variare poterit sed concordans cum suo principali originali de verbo in verbum teste hac mea subscriptione manualj

Ita est Magister Iohannes nicholsoun notarius publicus et scriba communis burgi de abirdene ad hec manu propria

CIII.

fol. 80[2] *Littera annue Pensionis sex marcarum facta Capellanis chori ecclesie Sancti Nicholaij huius burgj per Prepositum Balliuos consules et communitatem eiusdem de Molendinis Iusticiarij pro celebracione et sustentacione misse corporis Christi omni feria secunda per dictos capellanos*

BE It kend tile all men be thir present lettres Ws Prouoist bailzeis Counsaill and communite of the burgh of abirdene with ane consent and assent To haue assignit grantit and gevin And be yir present lettres assignis grantis and giffis tile our traist oratouris curat and chaplanis of our pariss kirk of ye said burgh aucht markis vsuale money of scotland of the fermes and malis of our Iustice myllis of the

said burgh zeirlie and termlie to be rasit of ye samyn of tuelt zeris becaus we rest awing to thame Sextene pundis vsuale money of Scotland for ye vphalding and singin of ye mess of ye sacrament callit ye halybludmess ilkane mononday of certane zeris bigane And ye said tuelf zeris beand compleit and runnyne We grant Ws to haue gevin grantit and assignit till oure said chaplanis Sex markis of malis and fermes of oure said myllis continualie and perpetualie for the vphaldin of the said mess To be haldin and had oure said aucht markis of oure fermes of oure said myllis Witht thar pertinence to ye said curat chaplanis and thar Successouris for all ye termes of aucht zeris as said is And frathinfurtht sex markis zerlie and termelie Witht all and sindrie fredomes commoditeis asiamentis and proffitis pertening or may pertene tharto The Entray of ye said curat and Chaplanis salbe in and witht the said malys and fermes witht yar pertinence at ye fest of Sanct martyn in Wintir nixt and Immediat eftir followand ye dait of thir lettres And ffrathinfurtht to continew in peciabill Iosin and breuking the samyne quhill ye termes of tuelf zeris haill and to giddir be fullelie compleit and runnyne And yareftir Enterand in and witht the said sex markis at ye said terme and frathinfurtht to Ioiss and breuk ye samyn peciablie for the vphalding of ye said mess ay and quhile We prouid to thame ane plaice als strenzeabill for ye pament of ye saide sex markis in ye zeir And atour zhe sall wit ws till haue giffin and grantit And be yir present lettres giffis and grantis to ye said Curat and chaplanis and to thar Successouris oure full fre lauchfull and plane pouer express mandment and charg for ws and oure Name the said fermes and malis ask ressaue and vptak zerlie and termelie And of thar Ressaitis acquittance to gif And gif neid be the said myllis the tennentis and Inhabitantis the samyne and thar gudis for the malys and fermes befor expremit at thar avin haundis but ony minister of law to pund compell priss and distrenzhe allsoft as It beis sene expedient to thame but ony Impediment questioun or demand of ws or oure Successouris to be maid in the contrar Haldand and fortohald ferme and stabill all and quhatsumeuer thingis the said Curat and chaplanis or ony ane of thame in ye premissis ledis lauchfullie to be done And atour we bind and obliss ws and oure Successouris lelelie and treulie till obserue and keip the said assignacioun to the said Curat and chaplanis and thar Successouris In maner and forme as said is aganis all dedlie all fraud and gill awayput

In witnessing of ye quhilkis we haue appensit our Secret Seill of the said burgh to thir lettres at the samyne the aucht day of the moneth of May the zeir of god ane thousand five hundreitht and aucht zeris

Chirographum

In Curia Capitali Burgi de Abirdene tenta In pretorio eiusdem secundo die mensis octobris Anno domini millesimo quingentesimo octauo magne probitatis vir gilbertus Menzeis prepositus de consensu consilio et assensu balliuorum consulum et communitatis burgi eiusdem quj pro tempore affuerint vniuersaliter adunati mandauit et Iubebat presentes eorum litteras Sigillo Secreto dictj burgj roborari et communirj apud Capellanos prenominatos perpetualiter remansuras Teste tota curia et me Iohanne Baidienagh publico Notario in testimonium Requisito hic me subscribente sub signo meo manuali Anno die mense et loco supradictis

Iohannes Baidienagh notarius publicus manu mea

CIV.

fol. 81[1]

leitht

ANNO dominj millesimo &c honorabilis vir willelmus leithe tempore suo ornauit et decorauit ecclesiam parochialem beati nicholaij de abirdene cum duabus magnis campanis magnj precij in campanili pendentibus sumptibus et expensis suis propriis quarum nomen maioris campane laurencius et alterius maria cuius anime propicietur deus Amen

Idem willelmus ornauit dictam ecclesiam cum vestimento sacerdotali completo et cappa de blodio wolueto magnj precij desuper deaurata de ly orfroyss auri ac aliis vtensilibus ad dictam conuenientibus cuius anima in celis Collocetur Amen

Crage

Iacobus crage burgensis de abirdene vir prouidus et famosus decorauit et ornauit altare Sancti nicholaij cum parua ymagine beati nicholaij cuius anime propicietur deus

broyss

Nobilis domina cristina le broyss ornauit et decorauit altare Sancti nicholaij cum calice argenti deaurata lapidibus preciosis etc

Magne prudencie viri Willelmus turinge stephanus de mannielle et berthilomeus de Eglishame temporibus suis ornauerunt et decorauerunt magnum altare beati nicholaij cum magna ymagine principali Sancti nicholaij quorum animas in celestibus collocet altissimis Amen — Turinge manielle eglishame

Honestus vir Iohannes anstrother decorauit altare beati nicholaij cum ymagine Sancte marie etc — Anstrother

Anno domini etc Willelmus strabrok fundauit altare Sancti Iacobi — Strabrok

Willelmus leith augmentauit et ampliauit chorum beate virginis marie in longitudine versus austrum per spacium Sexdecim pedum et Ibi fundauit altare beatorum laurencij et Ninianj quod ornauit cum libro missali breuiario et vestimentis sacerdotalibus et Ibidem Sepultus est cuius anime propicietur christus Amen — leith

Idem Wallelmus legauit fabricie ecclesie Sancti nicholaij xl lib in testamento suo

Quondam bone memorie Willelmus strabrok fundauit altare Sancti Iacobi apostoli infra ecclesiam parochialem beati Nicholaij de Abirdene et Idem Infeodauit In annuis redditibus subscriptis videlicet in viginti s de terra Iohannis malisone in vico castrj ex boreali parte eiusdem vici in duabus marcis de terra Willelmi goldsmitht ex australi parte eiusdem vici in xvj s et octo d de terra gilberti Waus de many ex occidentali parte dicti vici in le chakarraw et in quadraginta denariis de terra domini Ingeramj bannermane in futj cuius animas christus Collocet in Celis Amen — fol. 81[2]

Obitus quondam bone memorie Richardj cementurij et fundatoris capellanie Sanctj Iohannis apostoli et ewangeliste

Olim bone memorie Richardus Cementurius burgensis burgi de Abirdene fundauit altare Sancti Iohannis ewangeliste apostoli infra dictam ecclesiam

CV.

OMNIBUS hanc cartam visuris vel Audituris magister robertus schand Rector de aluais ac capellanus altaris beate anne matris marie virginis infra ecclesiam parochialem diuj nicolaj de abirdene situati eternam in domino salutem Premeditando et sepenumero mente — fol. 82[1] Obitus magistri robertj schand

excogitando quod omnes stabimus ante tribunal dominj nostri Iesu christi prout in corpore modo viuimus de factis proprijs racionem redditurj et vnicuique reddetur (psalmo 61) iuxta opera sua Bonum est Igitur diem extremi Iudicij operibus misericordie preuenire sic ut seminata in terris multiplici fructu colligere valeamus in celis Et presertim in pijs oracionibus celibrandis et eleemosinis in terra tribuendis Cum per elimosinam peccata dimitti credimus et vitam eternam exinde (per meritum christi) consequj haud dubie speramus hec approbante veridico domino nostro Iesu christo veritatis patre dicente date eleemosinam (luce secundo) Quoniam eleemosina ab omnj peccato et morte liberat et non patietur animam ire in tenebras (Thobie duodecimo) Aqua extinguit Ignem et eleemosina resistit peccatis (ecclesiastici tertio) Peccata tua eleemosinis redime (danielis quarto) Sola eleemosina est comes defunctorum inquit diuus ambrosius Plurimis etiam sacri eloquij testimonijs Illud posse comprobari constat Noueritis me Igitur in honorem dei omnipotentis gloriose virginis marie eiusdem genitricis omnium que sanctorum pro salute anime mee parentum et benefactorum meorum et Illorum omnium a quibus aliqua bona minus Iuste habuj et omnium fidelium defunctorum dedisse concessisse et in puram et perpetuam elimosinam dimisisse Necnon tenore presentium dare concedere et in puram et perpetuam eleemosinam dimittere et hac presente carta mea confirmare venerabilibus et discretis viris curato et capellanis chori ecclesie parochialis beatj nicolaj de abirdene et suis successoribus capellanis dicti chori imperpetuum totum et integrum vnum annuum redditum meum vigintj sex solidorum et octo denariorum vsualis monete regnj scotie annuatim leuandum et percipiendum ad duos annj terminos vsuales penticostes videlicet et sancti martinj in hyeme per equales duas medias portiones de tota et integra Illa terra interiore et orto eiusdem pertinente quondam alexandro wentoun cum suis pertinenciis Iacente infra dictum burgum in vico furcarum ex orientalj parte eiusdem vicj inter terram quondam thome scherar ex borealj ex vna terram villelmj carnes ex australj partibus ab altera terram anteriorem dicti tenementj versus occidens et communem viam regiam versus oriens TENENDUM et habendum totum et integrum dictum annuum redditum cum pertinenciis prefatis curato et capellanis et eorum successoribus capellanis dicti chorj A me heredibus et assignatis meis de suprema domina nostra regina et suis successoribus regibus seu reginis scotie In feodo patrimonio et pro-

prietate imperpetuum Cum omnj Iure et Iuris clameo titulo proprietate et possessione Ac cum omnibus alijs et singulis libertatibus commoditatibus et asiamentis ac Iustis suis pertinentijs quibuscunque ad predictum annuum redditum cum pertinentijs spectantibus seu Iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum Adeo libere quiete plenarie integre fol. 82[2]
honorifice bene et in pace in omnibus et per omnia sicut aliquj annuj redditus de aliquibus terris infra dictum burgum dantur conceduntur aut possidentur sine reuocatione reclamatione aut contradictione aliqualj mej heredum meorum assignatorum seu aliorum quorumcunque Quamobrem dicti curatus et capellanj et suj successores celibrabunt annuatim vnam missam requiej de nota in Cantico gregoriano septimo die mensis marcij vsque ad diem obitus mei et post obitum meum in tali die quo migrauerim de hoc seculo ad altare beate anne antedictum cum exequijs meis solempniter more solito cum placebo et dirige nocte precedente cantatis et ceteris missis per singulos capellanos per hebdomidem Immediate sequentem vt moris est Et collector dictorum capellanorum quj pro tempore fuerit distribuet predictam summam vt sequitur videlicet vnicuique capellano presenti et celibranti sexdecim denarios Item sacriste pro pulsatione campanarum trina vice ad exequias et trina vice ad missam quatuor decim denarios Item preconj ad circumeundam totam vrbem cum campana manualj et viua voce eiusdem incitandum populum ad orandum pro anima mea duos denarios Item certis personis inopibus et scolasticis indigentibus presentibus in missa et exequijs meis et orantibus pro anima mea per discretionem collectoris duos solidos Item dictus collector sibiipsi accipiet pro cera et pro locatione tabule decenter et honeste cooperte super monumentum meum duos solidos Et hec omnia perimplere facient dicti capellanj et suj successores prout coram summo iudice in die extremj Iudicij respondere voluerint tantum pro omnj alio onere seruitio seculari aut spiritualj exactione seu demanda que de de predicto annuo redditu cum pertinentijs aliqualiter exigi poterint aut requiri Et ego vero predictus magister robertus schand heredes mej et assignatj totum et integrum dictum annuum redditum viginti sex solidorum et octo denariorum cum pertinenciis predictis curato et capellanis et eorum successoribus in omnibus et per omnia forma pariter et effectu vt premissum est contra omnes mortales varantizabimus acquietabimus et imperpetuum defendemus omnibus dolo et fraude seclusis In Cuius rei testimonium hanc presentem fundationis

cartam subscripsi vnacum subscriptionibus manualibus dictorum curatj et capellanorum Apud abirdene duodecimo die mensis Ianuarij anno dominj millesimo quingentesimo quadragesimo octauo coram testibus thoma menzes preposito de abirdene alexandro rutherfurd alexandro knollis magistro roberto lumisden magistris Iohanne nicholsoun et Iohanne kenedy notarijs publicis cum diuersis alijs

CVI.

fol. 83[1] OMNIBUS hanc Cartam visuris vel audituris curatus et capellanj chorj ecclesie parrochialis diui nicholai burgi de aberdene eternam in domino salutem noueritis nos capitulariter congregatos vocatis vocandis et Interesse habentibus vnanimj consensu et assensu vtilitate nostra dicti nostri capituli preuisa pensata et diligenter considerata ex certis causis rationabilibus animos nostros ad hoc mouentibus vendidisse et alienasse ac ipsas venditionem et alienationem hac presenti carta confirmasse tenoreque presentium vendere et alienare ipsasque venditionem et alienationem hac presenti carta confirmare prouido viro andree craufurd seniori burgensi de aberdene et elizabeitht king sponse sue et eorum alteri diutius viuenti heredibusque inter ipsos legitime procreatis seu procreandis quibus forte deficientibus heredibus dicti andree et suis assignatis quibuscunque Totam et integram illam terram nostram anteriorem cum pertinentiis quam nunc inhabitant dicti andreas et elizabeitht Iacentem infra dictum burgum ex australi parte vici nauium eiusdem Inter terram andree cullane ex orientali ex vna terram gilberti malisone ex occidentalj partibus ab altera communem viam regiam versus boream et terram Interiorem dicti andree craufurd versus austrum pro vno annuo redditu vigenti solidorum vsualis monete regni scotie nobis et successoribus nostris annuatim de huiusmodi terra anteriore cum pertinentiis soluendo ad duos annj terminos vsuales penthecostes videlicet et sancti martinj in hyeme per equales portiones ac pro reparatione et constructione dicte terre anterioris cum pertinentiis Tenendam et habendam totam et Integram dictam terram nostram anteriorem cum pertinenciis dictis andree et elizabeitht et eorum alteri diutius viuenti heredibusque inter ipsos legitime procreatis seu procreandis vt supra a nobis et successoribus nostris de supremo domino nostro rege et suis successoribus regibus scotie in feodo et hereditate ac

in libero burgagio imperpetuum cum omni Iure et Iurisclameo titulo proprietate et possessione cum debitis longitudine et latitudine cum edificiis desuper constructis seu construendis cum lapidibus lignis et calce Ac cum omnibus aliis et singulis libertatibus commoditatibus et asiamentis ac Iustis suis pertinenciis quibuscunque tam nonnominatis quam nominatis tam sub terra quam supra terram tam procul quam prope ad predictam terram cum pertinentiis spectantibus seu Iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum adeo libere quiete plenarie integre honorifice bene et in pace in omnibus et per omnia sicut aliqua terra infra dictum burgum venditur datur alienatur ac possidetur sine reuocatione reclamatione aut contradictione aliquali nostri successorum nostrorum aut aliorum quorumcunque faciendo inde annuatim dicti andreas et elizabeitht et eorum alter diutius viuens eorumque heredes antedicti supremo domino nostro regi et suis successoribus regibus scotie seruitium burgagium inde debitum et consuetum necnon reddendo nobis et successoribus nostris prefatum annuum redditum vigenti solidorum monete predicte annuatim ad terminos antedictos per equales portiones tantum omni alio seruitio seculari actione seu demanda que de predicta terra cum pertinentiis aliqualiter exigi poterit aut requiri cum libera etiam facultate et potestate nobis successoribus nostris namare et distringere eandem terram anteriorem cum pertinentiis pro huiusmodi annuo redditu ad manus proprias sine quouis Iuris ministro tocies quocies opus fuerit Insuper volumus et ordinamus cum consensu et assensu dictorum andree et elizabeitht quod si contingat dictam terram fore minus distringebilem sic quod solutionem huiusmodi annui redditus vigenti solidorum minime habere poterimus per tres terminos contiguos et continuos tunc licitum erit nobis et successoribus nostris proprietatem et possessionem huiusmodi terre reassumere et Iterato reintrare sine quocunque Iuris processu et ordine non obstantibus quibuscunque litteris et euidentiis per nos desuper factis aut Iuris consuetudinibus quibuscunque in contrarium fulminatis et fulminandis et nos vero dicti curatus et capellanj totam et Integram dictam terram cum pertinentiis pro nobis et successoribus nostris dicti andree elizabeitht et eorum alteri diutius viuenti heredibusque inter Inter [*sic*] ipsos legitime procreatis seu procreandis quibus forte deficientibus heredibus dicti andree et suis assignatis quibuscunque per omnes terras et possessiones nostras contra omnes mortales varantizabimus acquieta-

bimus et Imperpetuum defendemus omnibus dolo et fraude seclusis In cuius rei testimonium huic presenti charte nostre nostris manualibus subscriptionibus subscripte sigillum nostrum commune necnon sigillum honorabilis viri andree menzes vnius balliuorum dicti burgi ac huiusmodi sasine datoris sunt appensa apud aberdene decimo die mensis maij anno dominj millesimo quingentesimo trigesimo nono Coram testibus prouidis viris valtero craufurd Iacobo collisone thoma huntar thoma blair alexandro kay sergiandis cum diuersis aliis testibus gilberto malisone et magistro dauide nicholsoun communj scriba prefati burgi magister thomas chalmer curatus de abirdene manu propria dominus Ioannes Waus manu propria dominus dauid Waus manu propria dominus Ioannes fyf manu propria dominus Iacobus barclay manu propria dominus alexander leslie manu propria magister Ioannes hay manu propria dominus alexander robertson manu propria dominus Ioannes cumyng manu propria dominus andreas waus manu propria dominus alexander anderson manu propria dominus robertus spark manu propria magister dauid nicholsoun notarius publicus manu propria

Hec est vera copia principalis carte collacionata per me magistram Iohannem nicholsoun notarium publicum nihil addendo aut diminuendo quod facti substantiam mutare seu variare poterit sed concordans cum suo principali originali de verbo in verbum teste hac mea subscriptione manualj

Ita est Iohannes nicholsoun notarius publicus manu propria

CVII.

fol. 83[2]

cristina cadiow

PROUIDA et famosa mulier cristina cadiow relicta quondam Andree allansoun prepositi de abirdene sumptibus propriis decorauit et ornauit altare beate marie magdalene infra ecclesiam parochialem Sancti nicholaij de abirdene situatum cum vno completo vestimento cerico videlicet le blew wellortis et Sacerdote diacono et subdiacono cum cappa eiusdem coloris cerecij deaurata Et de vno calice argenti deaurato ponderis triginta trium vnciarum ad dictum altare remanendo in firma custodia capellanj dicti altaris Non obstante dictum vestimentum in choro abirdonensi deseruiet maioribus duplicibus festis Cuius anime propicietur deus Amen

Honorabilis vir magneque prudentie et honoris Andreas alansone quondam prepositus huius burgi de abirdene fundauit capellaniam perpetuam altaris beate marie magdalene infra ecclesiam parochialem eiusdem fundati de duabus terris collateraliter Iacentibus in vico furcarum Et de duobus croftis sow croft et le calsay croft vocatis de duabus marcis de terris que fuerunt olim Iohannis blinsele in le grene ex orientali vici per quem Itur ab ecclesia beati Nicholaij ad ecclesiam fratrum carmelitarum de quinque s in futy de terra nunc Iohannis talzour de decim s de Integra terra orientali propinquiore terre Iohannis Stephanj Et de terra quondam Willelmj giffard in vico nauium de fundo eiusdem xx^{ti} s Cuius anime propicietur christus Amen

Andreas alansone olim prepositus de Abirdene

Prouida mulier elizabetht blynseill sponsa quondam thome de camera burgensis de abirdene donauit vnum librum missale ex pressura communem omnibus capellanis celibrandis in ecclesia beati nycholaij quamdiu poterit durare ad orandum pro sponso suo et pro ea et pro magistro thoma suo filio &c &c

CVIII.

Rentale obituum et Anniuersariorum per quondam bone memorie nobiles prouidos famosos et discretos viros fundatorum et assignatorum vicario et capellanis Collegij ecclesie parrochialis Sancti Nicholaij burgi de Abirdene Scriptum Apud abirdene per manum domini Iohannis Stirueling notarii publici Sexto die mensis octobris Anno domini Millesimo quadringentesimo nonogesimo primo

fol. 84[1]

OBITUS domini Iohannis kingorne quondam vicarij de Abirdene fuit in dominica prima post festum Sancti Iohannis baptiste anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo octauo quj celebrabitur annuatim in eadem dominica cum exequiis defunctorum de placebo et dirige in sabato precedenti ad numerum xij capellanorum et cum missa de nota et trigintali sequentem per ebdomitam ut moris est ad altare Sancti nicholaij pro quoquidem anniuersario dictj capellanj Infeodantur de decim s de terra siue crofto Willelmi prat prope molendinum Iusticiarij de quatuor s et iiij d de terra quondam thome litstar in le grene et de terra Iacobi kennerty In grene de viginti denariis vt respondere velint

Obitus domini Iohannis kingorne

In initio xxiiij die

Obitus domini roberti patonsoun

Obitus quondam domini Roberti patonsone capellanj fuit in prima dominica post festum corporis christi Anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo Septimo quj celebrabitur annuatim in eadem dominica cum placebo et dirige in Sabato precedenti et cum missa de nota et trigintali per ebdomitam sequentem Et celebrabunt aliud trigintale de xxx^{ta} missis annuatim ad festum Sancti martinj pro quoquidem anniuersario Infeodantur de viginti s de terra quondam domini thome heruy prope domum sancte trinitatis de crofto alexandri mar apud crabstane x s et vi d et de crofto Iohannis Culane apud Crabistane de xliii d

fol. 84[2]

Obitus Iacobi blinsele

Obitus quondam Iacobi blinsell in die Sancte trinitatis anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo fuit Cuius anniuersarium capellani celebrabunt in hac forma annuatim xxiiii^{or} missas in festo penticostes et tot missas in Solempnitate Sancti martinj in ecclesia beati nicholaij pro quo Infeodantur in sex s de terra Iohannis malisone in vico Inferiore ecclesie et in decim s de terra Andree muresoun in vico inferiori ecclesie prout responsuri sunt &c

Obitus domini Willelmi leith

Obitus quondam domini Willelmi leithe capellanj in festo exaltationis Sancte Crucis Anno domini millesimo cccc^{mo} tricesimo octauo Cuius anniuersarium capellani celibrabunt ad altare beati leonardi in proxima dominica sequenti cum exequiis de placebo et dirige in sabato precedenti ad numerum xii capellanorum et cum missa de nota et trigentali per ebdomitam sequentem ut moris est pro quo Infeodantur in Sexdecim s de terra tam Interiore quam anteriore lindesay harrald Iacente in vico inferiori ecclesie prout respondeant

Obitus Iohannis Stokar

Obitus quondam Iohannis Stokar . . . Anno domini millesimo quadringentesimo . . . Cuius anniuersarium capellanj celebrabunt annuatim in dominica proxima post festum Sanctorum crispinj et crispinianj ad altare eorundem cum missa de nota et trigintali sequentem per ebdomitam pro quo Infeodantur in quinque solidis et quatuor d de terra Iohannis culane et in sex solidis de crofto apud le crabstane prout responsuri sunt

Obitus Alexandri stranghed

Obitus Alexandri stranghed in festo aduinculati Sancti petri anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo Septimo Cuius anniuer-

sarium capellanj celebrabunt in hac forma videlicet vnum trigintale in festo penticostes et Aliud in festo Sancti martinj infra dictam ecclesiam pro quo Infeodantur in decim s et quatuor d de terra andree branche in vico nauium et in quinque solidis de horreo quondam thomę culane videlicet celebrandas xlviij missas fol. 85[1]

Obitus quondam Iohannis gilespy in festo Sancti michaelis Anno domini millesimo quadringentesimo Septuagesimo secundo Cuius anniuersarium capellani celebrabunt videlicet vnum trigintale Annuatim in dicto die et ebdomita sequenti ad altare Sancti Sanguinis et alia altaria circiter sita Pro quo Infeodantur in decim solidis de terra ipsius Iohannis in vico furcarum prout respondere velint

Obitus Iohannis gilespy

Obitus quondam Andree alanj in festo Sancti berthilomei Anno domini millesimo quadringentesimo Septuagesimo nono pro quibus Andrea et cristina capellanj annuatim celebrabunt in proxima dominica post festum Sancti berthilomei vnam missam de nota cum trigintali sequentem per ebdomitam et exequias defunctorum cum placebo et dirige in Sabato precedenti pro quibus capellanus perpetuus altaris beate marie magdalene annuatim capellanis prescriptis persoluet viginti solidos monete scotie Immediate post celebracionem huiusmodi anniuersarij

Obitus Andree Alanj et cristine cadiou sue coniugis

Obitus quondam Willelmi Retre in dominica post festum Sancti leonardi Anno dominj millesimo quadringentesimo octuagesimo Cuius anniuersarium celebrabunt annuatim in eadem dominica ad altare Sancti sanguinis cum exequiis defunctorum de placebo et dirige in Sabato precedenti Et cum missa de nota in dominica ac trigentali sequentem per ebdomitam pro Infeodantur in xiij s et iiij d de terra ipsius quondam Willelmi quam Willelmus Abirdour occupat et vj s et viij d de terra thome oyge in vico castri

Obitus Willelmi Retre

Obitus quondam Stephani de balronny . . . Cuius anniuersarius celebrabitur annuatim in dominica post festum Epiphanie ad altare Sancti stephani cum exequiis de placebo et dirige in Sabato precedente et cum missa de nota in dominica sequenti ac trigintali per ebdomitam Et capellanus altaris Sancti Stephani respondent pro viginti s annuatim collegio pro huiusmodi seruicio fol. 85[2]

Obitus Stephani balronny

Obitus mathei fechat

Obitus quondam Mathei fechat in festo Epiphanie Anno domini * millesimo quadringentesimo octuagesimo tercio Cuius anniuersarium celebrabunt in dominica sequenti cantantes vnam missam de nota cum trigintali sequenti Et aliud trigintale celebrabunt in festo pentecostes ad altare Sancti michaelis pro quo Infeodantur in viginti s annuatim de terra boriali Iohannis knollis Iacente in le gastraw

Obitus Walteri thomson

Obitus quondam Walteri thomson in festo purificationis beate marie virginis Cuius anniuersarium celebrabunt in proxima dominica sequenti vnum trigintale ad altare Sancti Iacobi pro quo Infeodantur in decim s de terra quondam Iohannis huchonsone carnificis in le huksterraw

Obitus angusij adamsone

Obitus quondam angusij adamsone anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo Et dicti capellanj celebrabunt annuatim vnum trigintale ad festum Epiphanie et Aliud trigintale in festo Sancti Iohannis baptiste quibus capellanus altaris Sancti michaelis ad summam xx s respondebit annuatim

fol. 86[1]

Obitus duncanj clat

Obitus quondam duncanj clat in dominica in passione anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto Cuius anniuersarius annuatim celebrabitur . . . cum missa de nota cantata et trigintali missarum per ebdomitam sequentem vt moris est pro quo Infeodantur capellanj in trisdecim solidis et quatuor d annuatim de terra quondam ipsius duncanj in vico superiori ecclesie vt responsuri sint

Obitus thome blinsell

Obitus quondam thome blinsele dominica in passione anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto Cuius anniuersarius annuatim celebrabitur ad altare Sancti petri dicta dominica cum missa de nota cantata et trigintali missarum in ebdomita sequenti vt moris est pro quo capellani collegij infeodantur in trisdecim solidis et quatuor d annuatim de terra quondam Willelmi adesone Iacente in fine orientali vici castri vt respondeant

* In margine scriptum est—"Productum xix februarij Anno dominj millesimo quingentesimo xxxiij in modum probacionis et recuperatum a scriptis dominj Iohannis stirueling per magistrum thomam annand et alexandrum menzes Iuratos mediis eorumdem Iuramentis mahosoun scriba".

Obitus quondam Iohannis Stewinsone in dominica medie quadragesime Anno domini millesimo quadringentesimo Septuagesimo quinto cuius anniuersarius annuatim in dicta dominica celebrabitur cum missa de nota et ceteris missis sequentibus pro anima ipsius Iohannis etc Ac celebrandum aliud trigintale in dominica proxima post decessum sponse ipsius Iohannis pro salute anime sue et dicti Iohannis ad altare Sancti Ninianj pro quo Infeodantur capellanj in viginti solidis de terra quondam Iohannis sprvnt in vico inferiore ecclesie ut respondeat etc Et aliud trigintale missarum pro agneta branch sponsa dictj Iohannis in dominica post Epiphaniam dominj per capellanos collegij ad altare beatj ninianj

Obitus Iohannis Stevinsoun

fol. 86[2]

Obitus quondam Walteri auchneywe patris dominica in Albis post pascha Anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo Cuius anniuersarius annuatim celebrabitur in eadem dominica cum exequiis placebo et dirige in Sabato precedenti cum missa de nota cantata et trigintali per ebdomitam sequentem ut moris est pro salute anime sue et anime sponse sue pro quoquidem anniuersario ad altare Sancti petri annuatim celebrando capellanus prime fundationis eiusdem capellanis collegij pro viginti s annuatim respondebit ac inueniet luminaria et monumentum ornabit et statuet etc et campanas pulsare faciet pro quibus sacriste persoluet

Obitus Walteri auchneywe patris

Obitus quondam Andree menzeis celebrabitur annuatim [dominica secunda mensis aprilis cum missa de nota et trigintali missarum per ebdomitam sequentem ut moris est Et obitus siue anniuersarius quondam gilberti menzeis patris suj celebrabitur annuatim in dominica proxima Inde sequente cum missa de nota cantata et trigintali missarum sequentem per ebdomitam ut moris est durante tempore vite Alexandri menzeis *] Et post decessum ipsius Alexandri capellanj collegij anniuersarium pro anima sua et anima Elizabetht leslie sponse sue animabusque dictorum Andree et gilberti celebrabunt propria die mensis nouembris ad altare Sancti Sebastianj martiris cum exequiis

Obitus Andree menzeis et gilberti menzeis et postea Alexandri menzeis

* Verba inter [ ] deleta sunt in carta et in margine aliena manu haec verba scripta sunt :—" Obitus alexandri menzes et elizabeth leslie sponse sue gilbertj menzes et andree menzes celibrabitur annuatim in festo omnium sanctorum per capellanos collegij beati nicholaj cum placebo et dirige in vigilia cum missa de nota in die cum trigentali per ebdomidam ".

defunctorum placebo et dirige in Sabato precedente cum missa de nota cantata et trigintali sequente per ebdomitam ut moris est pro quoquidem anniuersario Infeodantur de viginti s de quodam crofto ipsius alexandri prope . . . ut respondeant

obitus thome crafurd et Agnete crafurd

fol. 87[1]

Obitus quondam thome crafurd in festo Sancti Iohannis ewangeliste ante portam latinam Anno domini millesimo quadringentesimo Septuagesimo quarto Cuius anniuersarius et Agnetis crafurdj sponse sue annuatim celebrabitur ad altare Sancti Iohannis ewangeliste in festo ante portam latinam Cum missa de nota et trigintali missarum per ebdomitam sequentem ut moris est pro quo capellanj Infeodantur in trisdecim solidis et quatuor d de crofto quondam Richardi kyntor ut respondeant

Obitus magistri Iohannis finaly

Obitus quondam Magistri Iohannis finaly . . . cuius Anniuersarium capellanj collegii celebrabunt in hac forma vnam missam de nota cantabunt annuatim in die Natiuitatis beati Iohannis baptiste cum trigintali missarum in ebdomita sequenti et Aliud trigintale celebrabunt in festo Sancti martini pro salute anime sue etc pro quibus capellanus altaris Sancte anne ad quod dicta missa de nota cantabitur respondebit capellanis collegij pro viginti s

Obitus Willelmi Adamsoun

Obitus quondam Willelmi adamsone . . . cuius anniuersarium capellanj celebrabunt in hac forma vnum trigintale missarum in festo penticostes et Aliud trigintale ad festum Sancti martinj annuatim pro anima dicti Willelmi ac post decessum mariote nicholsoun Relicte sue pro salute animarum suarum etc pro quo anniuersario Infeodantur in viginti s de terra quondam Roberti kintor in vico furcarum ut respondeant

Robertus blinsele

Robertus blinsell diuino caritatis Intuitu fundauit vnam missam qualibet die dominica ad altare gloriose virginis marie celebrandam tempore Inchoationis matutinarum perpetuis temporibus pro qua Infeodantur capellanj in viginti solidis et octo denariis annuatim de duabus terris collateraliter Iacentibus In vico Nauium ut respondeant et cantetur dicta missa In presentia Scolarum ad suum Introitum ad matutinas . . . cum de profundis . . . pro animabus dicti roberti suorum parentum benefactorum et omnium fidelium defunctorum

Obitus Roberti blinsele quondam prepositi de Abirdene Et elizabetht Wod coniugis sue Ad altare beatissime virginis marie Infra dictam ecclesiam situatum in ecclesia diuj nicolaij de abirdene Quorum Anniuersarium celebrabunt Annuatim Exequias defunctorum de placebo et dirige in Sabato proximo post festum Apostolorum philippi et Iacobj quo die collector mensam statuet et cooperiet panno linio aut laneo duos s valente per ipsum empto prope Sepulcrum dicti Roberti tempore exequiarum et eliget trisdecim pauperes personaliter adesse orantes vsque ad complementum exequiarum pro salute anime dicti Roberti coniugis sue animarumque prolium suarum parentum et omnium fidelium defunctorum super quam mensam Idem collector xiij pauperes frumentinos duorum denariorum locabit quos cum certis carnibus Incoctis et duobus denariis vnicuique dictorum pauperum exequiis celebratis distribuet extendentibus ad summam Sex s et sex d Insuper prelibatum pannum pauperi erogabit Item exhibebit collacionibus confratribus capellanis collegij hac nocte vno loco honesto vnitis Septem s et vj d preconj burgum circumeunti tres d Sacriste pro campanarum pulsationibus xxj d pro cera et factura eiusdem duos solidos annuatim Et capellanis collegij xx s quj celebrabunt missam de nota pro animabus antedictis in dominica sequenti ad altare beatissime virginis marie cum trigintali in Ebdomita sequenti pro quibus Infeodantur in duabus marcis de terris de petmukstoun et vna marca de terra quondam Willelmi blinsel in vico furcarum ut responsuri sint

fol. 87[a]

Obitus Roberti blinsele olim prepositi de Abirdene

Venerabilis vir magister Symon doddis Rector de Inuernochty fundauit vnam missam de Requie omni feria secunda celebranda ad altare Sancti Andree apostoli pro anima nobilis et Illustris domini quondam Iohannis steuarte Comitis de mar et gereauche Et post decessum ipsius magistri Symonis pro salute anime sue et dicti Comitis pro quaquidem missa perpetuis temporibus duratura Infeodantur Capellanj Collegij in viginti duobus solidis annuatim de quadam terra quondam Iohannis anderson prope terram gilberti mureson vt respondeant

Magister Symon doddis Rector de Inuerochty

Discretus et deo deuotus vir magister thomas muresone vicarius de premeth fundauit vnam missam de Requie omni feria secunda celebrandam ad altare Sancti sanguinis pro salute anime sue et anime

Magister thomas muresoun vicarius de premetht

quondam Alexandri leslie pro quaquidem missa perpetuis temporibus *fol. 88[1]* duratura capellanj collegij Infeodantur annuatim de viginti s de terra Alexandri nachty Iacente in vico superiore ecclesie vt responsuri sunt

Obitus domini dauid Waus Vicarij de banf

Obitus domini dauid waus vicarij de banff . . . Cuius Anniuersarius annuatim celebrabitur ad altare Sancte marie magdalene In forma sequenti videlicet in dominica post festum Sancti Nicholaij pro animabus parentum dicti domini vicarij et Andree alanj et cristine cadiow sponse sue celebrandas in sabato precedenti exequias defunctorum de placebo et dirige cum missa de nota in dominica et trigintali sequenti per ebdomitam ut moris est Et post decessum dicti dominj vicarij celebrandum pro salute anime sue et animarum dictarum Anniuersarium prenotatum in Sabato proximo sequente exequias defunctorum de placebo et dirige cum missa de nota in dominica sequenti et trigintali per Ebdomitam ad dictum altare pro quo capellanj Infeodantur in viginti solidis de terra Iohannis menzeis in vico nauium et collector Inueniet luminaria et sacriste pro pulsibus campanarum persoluet etc ut responsuri sint

Obitus Willelmi cantuly et mariote sponse sue

Obitus quondam Willelmi Cantuly dominica xviij post festum sancte trinitatis quj obiit tali die mensis octobris Anno domini millesimo quadringentesimo Septuagesimo octauo Cuius anniuersarium et mariote Cantuly sponse sue capellanj collegij celebrabunt ad altare Sancti Stephanj martiris eadem dominica die annuatim cum missa de nota et trigintali missarum [precedentem *] per Ebdomitam Exequiis tantum mortuorum cum placebo et dirige in Sabato precedenti celebratis vt moris est pro quoquidem Anniuersario Infeodantur capellanj in duodecim solidis de terra quondam Willelmi Cantuly In vico furcarum et de Sex s et iiij d de le quhitis land in vico nauium nunc in manibus Alexandri chamer de murthill existente vt respondere velint

fol. 88[2]

fundacio venerabilis et docti viri magistri Andree liall thesaurarij de Abirdene vicario et capellanis eiusdem

Venerabilis doctus et circumspectus vir magister Andreas lyall thesaurarius de Abirdon et officialis eiusdem in honorem dei omnipotentis etc fundauit vnam missam cotidie celebrandam ad altare gloriosi nostri patronj Sancti Nicholaj . . . pro quaquidem missa futuris temporibus duratura et celebranda capellanj dicti collegij Infeodantur in piscariis dimidij Rethis de furdis super aquam de dee et In

* In margine "sequentem".

quadraginta solidis de terris de Auchquyok et Carnabow Jacentibus in baronia de fyndone infra vicecomitatum de kincardyn Willelmo Kyntor hereditarie contingentibus vt respondere velint

Honorabilis vir Robertus blinsele quondam prepositus burgi de Abirdene fundauit vnam lampadem temporibus futuris perpetuis yemalibus duraturam ardentem pro salute anime sue animarumque parentum antecessorum successorum ac omnium fidelium defunctorum ad altare beatissime virginis marie infra ecclesiam parochialem gloriosi nostri patronj Sancti nicholaij de aberdene pro quaquidem lampade sustinenda sepedictus Robertus Infeodauit Capellanum altaris antedicti in vno annuo Redditu duorum s annuatim de terra thome gladstane in le grene inter terram Willelmj andersone ex australi et communes vias regias ex boriali orientali et occidentali partibus

Robertus blinsele olim prepositus

Obitus quondam venerabilis viri domini andree henricj capellanj olim altaris diuj leonardj in ecclesia beati nicolaj de abirdene erit semper feria tercia festum pentecostes immediate sequente obiit anno domino millesimo quingentesimo tercio die vero mensis . . . qui obitus celebrabitur annuatim in prefata ecclesia ante dictum altare diuj leonardi cum missa de nota et trigintali per ebdomitam sequentem per capellanos chori diuj nicolaj de aberdene pro quoquidem anniuersario prefati capellani infeodantur de xiij s et iiij d de terra quondam andree henrici nunc heredum andree burnat prope li darnatis gawille etc

Honestus vir Iohannes Steuarte burgensis burgi de Abirdene fundauit vnam missam semel in ebdomita qualibet die veneris feria sexta futuris perpetuis temporibus Celebrandam pro salute anime sue animarumque coniugis sue parentum benefactorum et omnium fidelium defunctorum ad altare Sancti Iacobi infra ecclesiam parochialem beati nicholaij de Abirdene pro quaquidem missa celebranda vicarius et capellanj dicti collegij infeodantur annuatim in vno annuo redditu Septemdecim solidorum et quatuor denariorum de terra ipsius Iohannis Iacente in vico furcarum ex orientali parte eiusdem vici extra portam inter terram quondam duncanj lundoris ex australi et terram quondam Willelmi adamsone ex boriali cuius anime propicietur deus Reseruato

fol. 89 [1]

Iohannes Steuarte

tantum libero tenemento eiusdem dicto Iohanni pro tempore vite sue et medio tempore nullum fiet seruicium

dominus dauid Waus vicarius de banffe

Venerabilis vir dominus dauid Waus vicarius de banff legauit ecclesie beati nicholaj de Abirdene et capellanis collegij eiusdem et suis Successoribus vnam Supellectilem le Arrass bede cooperiendam monumenta et tabulas quondam bone memorie Andree alanj prepositi huius burgi cristine Cadiow sponse sue et suam tabulam Ac omnes alias tabulas capellanorum ac aliorum quorumcunque infra dictam ecclesiam in tempore deseruitionis suorum obituum et Anniuersariorum cum hac conditione quod nullus auferat eam de ecclesia prelibata sub pena Anathematis siue late Actum et subscriptum sua propria manu Insuper ordauit [*sic*] locauit et posuit eandem supellectilem in firma Custodia discreti viri domini Iohannis strathachin pro tempore suo Et post eius decessum aut recessum de personali residentia dicte ecclesie voluit et legauit eandem alteri ydoneo capellano ydoneo de Collegio eligendo per capitulum et collegium antedictum infra dictam ecclesiam imperpetuum remansuro

Et Ego dominus dauid Waus vicarius de banf approbo premissa teste manu propria etc

fol. 89 [2]

Obitus quondam bone memorie venerabilium virorum domini dauid Waus vicarij de banf et magistri thome Waus precentoris morauiensis

Obitus quondam bone memorie venerabilium virorum dominj dauid waus vicarij de banf et magistri thome waus precentoris morauiensis quorum anniuersarius annuatim celebrabitur ad altare Sancti martinj infra ecclesiam beati nicholaij in dominica proxima post vltimum diem aprilis videlicet cantando missam de nota cum trigintali per Ebdomitam inde sequentem ut moris est Et capellanus perpetuus fundationis dicti magistri thome inueniet luminaria etc pro quo capellanj Infeodantur de vno annuo Redditu xiij s et iiij d de terra Alexandri nachty in vico superiore Ecclesie eiusdem burgi

Obitus quondam Duncanj clat et Elene clat

Obitus quondam bone memorie Duncanj clat et Elene sponse sue quorum anniuersarius annuatim celebrabitur ad altare Sancti michaelis in dominica In passione cum missa de nota et trigintale sequentem per ebdomitam ut moris est pro quo Infeodantur Capellanj in viginti s de terra sua Iacente in vico superiore ecclesie

Obitus quondam bone memorie Iohannis knollis burgensis de Abirdene et mariote bigone sponse sue in nocte conuersionis Sancti pauli anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo quorum anniuersarius annuatim celebrabitur ad altare Sancti Iohannis baptiste infra ecclesiam Sancti Nicholaij de abirden In modo forma et effectu subsequentibus per vicarium et capellanos collegij eiusdem videlicet exequias defunctorum placebo et dirige in Sabato proximo post festum conuersionis Sancti pauli celebrabunt et missam de nota in dominica proxima inde sequente cum trigintali per Ebdomitam vt moris est Insuper dicti vicarius et capellanj inueniet annuatim luminaria in eodem anniuersario tabulam solitam super monimentum situabunt pallioque decenti cooperiet pro quo Infeodantur de vno annuo redditu sexdecim solidorum et octo denariorum de fundo terre duncanj talzour in vico furcarum et de vno annuo redditu quadraginta denariorum de terra Iohannis lundoris In eodem vico

Obitus quondam bone memorie Iohannis knollis et mariote bigone sponse sue

Obitus quondam Bone memorie Thome prat burgensis burgj de Aberdene fuit vltimo die mensis Septembris Anno domini millesimo quingentesimo Cuius anniuersarius annuatim celebrabitur ad altare sanctorum georgei martiris et thome Apostoli infra ecclesiam perrochialem sancti nicholaij de Abirdene situatum In modo et forma sequentibus per curatum et capellanos eiusdem videlicet exequias defunctorum placebo et dirige in sabato proximo Inde sequente et missam de Nota in proxima dominica cum trigintali missarum per Ebdomitam ut moris est annuatim Inde curatus et capellanj celebrabunt pro salute anime sue Et pro salute mariorie Ratre sue sponse prioris Ac anime Annabelle gordoun sponse sue moderne post suum decessum ac omnium fidelium defunctorum Insuper collector eorundem pro tempore tabulam super monimentum suum situabit eandem pallio decenti cooperiet candelabra locabit luminaria sufficientia Inueniet sacriste prefate ecclesie duos solidos annuatim soluet pro quibus trina vice campanas Ecclesiasticas ad dictas exequias pulsabit et sik ad missas de Nota preconem per totum burgum preire causabit annuatim Cui duos denarios annuatim persoluet Pro quo Inde infeodantur de vno annuo Redditu vigintj solidorum de fundo terre Iacobi collisone in vico superiore ecclesie ex borealj parte dicti vicj Inter terram quondam Iohannis scrogis ex orientali et terram henricj Red ex occidentali Et de

fol. 90[1]

Obitus quondam bone memorie thome prat

alio annuo Redditu quatuor solidorum de fundo terre Iohannis grig in vico furcarum ex orientali parte eiusdem vicj inter terram quondam Richardj Cullane ex australi et terram quondam gilbertj leitht ex borealj Et dictus sacrista pulsabit campanas ecclesiasticas annuatim in sabato in meredie ante celebracionem exequiarum Notandum quod Collector dictorum Capellanorum annuatim Recipit pre manibus dictos duos annuos Redditus xxiiij s de terminis Sancti martinj et penticostes precedentes ad soluendum huiusmodi anniuersarium Et tenetur Curato et capellanis persoluere Cuilibet suam partem vt moris est in Similibus Immediate post Celebracionem eiusdem sine vlteriore dilatione et consequenter sacriste et preconj pro suis laboribus vt Supra

Obitus quondam Iohannis crommy et cristine meldrum eius sponse

Obitus quondam honesti virj Iohannis Crommy et cristine meldrum sponse sue quorum anniuersarius annuatim celebrabitur ad altare sancti nicholaij dominica proxima Immediate post conuersacionem beati pauli apostoli per capellanos collegij sancti nicholaij eiusdem burgj videlicet cum placebo et dirige in sabbato Et missa de nota in crastino cum trigintali per ebdomitam sequentem vt moris est Et collector dictorum capellanorum qui pro tempore fuerit tabulam super monimentum locabit et luminaria inueniet Pro quibus dicti capellanj infeodantur de vno annuo redditu xxiiij^or^ solidorum de tota et integra terra interiore et anteriore ipsius quondam Iohannis Iacente infra dictum burgum in vico furcarum ex occidentali parte eiusdem inter terram quondam Iohannis mylne ex boreali ex vna et terram Capellanorum collegij ecclesie cathedralis abirdonensis ex australi partibus ab altera et communes vias Regias versus oriens et occidens

fol. 90 [2]

Obitus quondam bone memorie margarete Waus et Iohannis menzeis coniugis suj

Obitus quondam bone memorie quondam margarete Waus et Iohannis menzeis quorum anniuersarius annuatim celebrabitur ad altare Sancti Sebastianj primo die mensis Ianuarij Singulis annis Imperpetuum cum exequiis mortuorum placebo et dirige in nocte precedenti cantatis per Curatum et capellanos Collegij abirdonensis cum missa de nota et trigintali missarum per ebdomitam sequentem pro animabus dictorum Iohannis et margarete suorum parentum benefactorum et omnium fidelium defunctorum Insuper dicti capellanj annuatim tabulam solitam choopertam situabunt super monimentum eorundem luminaria Solita inuenient ut moris est in huiusmodi anniuersariis Ceteraque

Incumbentia perficient etc pro quibus Infeodantur annuatim in vno annuo Redditu viginti solidorum vsualis monete scotie de terra Alexandri menzeis jacente in vico Castri ex australi parte eiusdem vici inter terram Iohannis ruyerfurde ex orientali et terram quondam Iacobi leslie et dauid menzeis ex occidentali etc Cuius margarete obitus fuit primo die mensis Ianuarij anno domini millesimo quadringentesimo Nonagesimo quinto

Septimo die mensis februarii anno domini millesimo cccc^{mo} lxxj^{o} magistri et domini et capellanj subscripti videlicet duncanus Scherar Willelmus Wocat Alexander vocat Alexander Scherar Robertus leys et Andreas thome obligantur ad inuicem quam cito ad noticiam alicuius istorum deuenerit de obitu Quilibet istorum celebrabit uel celebrare faciat xxx missas caritatis et fraternitatis intuitu pro anima defuncti quam cito poterit Et quisquis orabit pro statu illorum quam diu vixerint

Ultimo die Ianuarij Anno dominj Millesimo quadringentesimo nonagesimo Venerabiles viri videlicet Magister duncanus Scherar Canonicus abirdonensis magister andreas bisset vicarius de Inuerovry dominus dauid wauss vicarius de banff magister alexander fyff dominus Iohannes strathauchtin dominus wilhelmus mvrisone dominus andreas chamer dominus Andreas thome dominus Iohannes blak et dominus Walterius falconer capellanj obligantur ad inuicem ut supra

Obitus quondam bone memorie Agnetis Fechat et Dauid Collisoun quorum anniuersarius annuatim celebrabitur ad altare sanctj michaelis Archangeli in Dominica proxima post festum dictj sancti michaelis singulis annis Imperpetuum Cum missa de nota de requie et trigintali sequente per Ebdomidam pro animabus dictorum quondam Agnetis et dauidis parentum et benefactorum suorum et omnium fidelium defunctorum Insuper dictj capellani dicti ecclesie beati nicholaij annuatim tabulam solitam coopertam situabunt super monimentum eorundem luminaria inuenient ut moris est in huiusmodi anniuersariis Ceteraque Incumbentia perficient Pro quibus infeodantur annuatim in vno annuo redditu decim solidorum vsualis monete scocie de terra dauid fynne in futy que fuit olim alexandri tailzeour nouem solidos Et duodecim denarios de terra Andree vmfray in vico furcarum

fol. 91[1]

Obitus quondam bone memorie agnetis fechat et dauid collison

Obitus quonbam bone memorie domini alexandri vocat capellanj

Obitus quondam bone memorie domini Alexandri vocat Capellanj altarium sanctorum Iohannis baptiste et Ninianj confessoris Cuius anniuersarius celebrabitur ad dictum altare sancti Iohannis baptiste singulis annis Imperpetuum dominica secunda post pascha Cum missa de nota et trigintali per ebdomidam sequentem pro anima dictj quondam domini Alexandrj Insuper capellani collegij sanctj nicholaij annuatim tabulam solitam super monimentum situabunt luminaria inuenient ut moris est in huiusmodi anniuersario ceteraque Incumbentia perficient Pro quibus dictj capellanj infeodantur in vno annuo redditu decim solidorum de terris sequentibus videlicet de terra olim walteri thomsone in vico furcarum ex occidentali parte eiusdem quinque solidos De terra Iacobi collistoun que fuit olim dauid robertsone ex eadem parte vicj antedictj quadraginta denarios Et de terra Iohannis collisoun vbi habitat Iohannes malisone ex eadem parte eiusdem vicj vigintj denarios

Obitus quondam philippi dunbrek et Agnetis duncansone eius sponse

Obitus quondam bone memorie philippi Dunbrek et Agnetis Duncansone eius sponsa quorum anniuersarius annuatim celebrabitur ad altare Sanctj martinj dominica proxima Immediate post festum sanctj michaelis Archangeli cum missa de nota et trigintali missarum per ebdomidam sequentem per capellanos Collegii Abirdonensis pro animabus dictorum quondam philippi et Agnetis parentum suorum et omnium fidelium defunctorum Pro quibus dictj capellani infeodantur in vno annuo Redditu decim solidorum annuatim leuando et percipiendo de terra quondam Laurencij thomsone Iacente in vico Inferiore ecclesie ex australi parte eiusdem vicj inter terram olim georgi bisset ex orientali ex vna et terram vastam . . . ex occidentali partibus ab altera et terram Anteriorem sancte Anne matris marie ex boreali *

Obitus quondam bone memorie Mariorie fechat et Iohannis Hutchonson

Obitus quondam bone memorie Mariorie fechat vxoris quondam Iohannis huchosone carnificis burgensis de Abirdene quorum anniuersarius celebrabitur annuatim ad altare sanctj michaelis archangeli Imperpetuum vicesimo die mensis Nouembris cum missa de nota de requie et trigintali per ebdomidam sequentem pro animabus ipsius

* In margine scriptum est:—"Productum 2o Ianuarij anno 1533 In modum probacionis in causa capellanorum sancti nicolaj contra Iacobum mar et recognitum per willelmum rolland et magistrum thomam annand ex Iuramentis arthuri hay".

mariorie et Iohannis Insuper collector capellanorum qui pro tempore fuerit tabulam solitam super monimentum locabit luminaria inueniet vt moris est in huiusmodi anniuersario Ceteraque necessaria perficiet Pro quibus capellanj predictj infeodantur in vno annuo redditu trisdecim solidorum et quatuor denariorum vsualis monete scocie de terra alexandrj mathei in vico furcarum dictj burgi ex occidentali parte eiusdem inter terram Walteri Wod ex boreali ex vna et terram quondam cristinj litster ex australi partibus ab altera et communem viam regiam versus oriens Et lacum dictj burgi versus occidens

Omnibus hanc cartam visuris vel Audituris Iohannes Wormet burgensis burgj de Abirdenn Eternam in domino salutem Cum omnes stabimus ante tribunal domini nostrj Ihesu cristi siue bonum siue malum fuerit recepturi prout in presentj seculo meruimus Igitur diem extremi Iudicij operibus misericordie expediens est preuenire ut seminata in terris multiplici fructu colligamus in celis Vnde Noueritis me in honorem Dei Omnipotentis beatissime virginis marie et omnium sanctorum pro salute Anime mee Anime Isabelle crichtoun sponse mee moderne Anime quondam Annabelle kintor sponse mee prioris Animarum prolium nostrarum parentum benefactorum nostrorum eorum a quibus aliqua bona minusiuste habui ac omnium fidelium defunctorum dedisse concessisse et hac presentj carta mea confirmasse Curato et capellanis chori ecclesie parochialis beatj nicholaj dictj burgj totum et integrum illud croftum meum siue terram meam cum suis pertinentiis Iacentem infra dictum burgum in territorio croftorum de futy inter terram quondam Willelmi cryne ex australi ex vna et terram fratrum carmelitarum dictj burgj ex boreali partibus ab altera extendentem a Communi via regia versus occidens ad le cuttingis versus oriens Tenendum et habendum totum et integrum croftum siue terram antedictam cum suis pertinentiis prefatis Curato et capellanis ac suis Successoribus capellanis dictj chorj a me et heredibus meis de Suppremo domino nostro rege in puram et perpetuam elimosinam Imperpetuum Cum omni Iure et Iuris clameo cum debitis longitudine et latitudine cum edificijs desuper construendis Ac cum omnibus alijs et singulis libertatibus commoditatibus et asiamentis ac Iustis suis pertinenciis quibuscunque ad predictum croftum siue terram cum suis pertinentiis spectantibus seu Iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum

fol. 91[2]

Obitus quondam Iohannis Wormet

Adeo libere plenarie integre honorifice bene et in pace in omnibus et per omnia sicut aliqua terra infra dictum burgum ecclesie in puram et perpetuam elimosinam Datur conceditur aut possidetur sine reuocacione reclamacione aut contradiccione aliquali mej heredum meorum assignatorum aut aliorum quorumcunque Faciendo inde dictj curatus et capellanj et sui Successores suppremo domino nostro regi seruicium burgagium de dicta terra debitum et consuetum Ac celebranda Annuatim ad altare sanctj Iohannis ewangeliste infra dictam ecclesiam situatum pro salute Anime mee animarum predictarum ac omnium fidelium defunctorum vnum anniuersarium videlicet exequias defunctorum cum placebo et Dirige in sabato post assumpcionem beatissime virginis marie datam presentis carte mee sequentem Ac cantando in dominica inde proxima sequente vnam missam de nota cum missis priuatis per capellanos dictj chorj celebrandis per Ebdomitam sequentem Insuper collector dictorum capellanorum preconem dictj burgj annuatim per totum burgum preire faciet in dicto sabato et singulis sabatis futuris annuatim ad deprecandum pro salute anime mee et Animarum predictarum tabulam super monementum situabit Idem pallio decenti cooperiet luminariaque Inueniet ut moris est similibus anniuersarijs perpetuis temporibus futuris Tantum pro omni alio seruicio secularj exactione seu demanda que de predicta terra cum pertinentiis aliqualiter exigj poterit aut requirj Et ego vero dictus Iohannes heredes mei et assignatj totum et integrum croftum siue terram predictam cum suis pertinenciis prefatis curato et capellanis ac suis Successoribus in omnibus et per omnia vt premissum est per omnes terras ac possessiones nostras contra omnes mortales varantizabimus acquietabimus et Imperpetuum defendemus In
fol. 92[1] cuius rej testimonium huic presentj carte mee sigillum meum et sigillum honorabilis virj Iohannis Ratree vnius balliuorum dictj burgj ac datoris Sasine huiusmodi croftj sunt appensa apud Abirdenn vltimo die mensis Iulij Anno domini millesimo quingentesimo sexto coram prouidis et famosis viris Magistro dauid menzes willelmo wormet domino waltero blair Alexandro blair domino willelmo muresoun Curato de Abirdenn willelmo scrimgeour sergeando Et domino Iohanne Stirueling Notario Publico

Obitus alexandri menzes

Obitus quondam bone memorie alexandri menzes elezabetht leslie sponse sue gilbertj menzes auj et andree patris sui celebrabitur annua-

tim per capellanos chorj ecclesie beati nicolaij de abirdene in festo omnium sanctorum ad altare beati sebastianj martiris cum exequiis defunctorum placebo et dirige in vigilia eiusdem cum missa de nota cantata in die et trigintali per ebdomitam vt moris est et collector pro tempore situabit tabulam super monumentum decenter coopertam vt moris est luminaria seu cereos inueniet expensis capellanorum pro quo quidem anniuersario Infeodantur de vigintj solidis de quodam crofto nunc pertinente andree murray seniorj

Obitus quondam bone memorie Andree branch et sue sponse Celebrabitur annuatim per capellanos collegij beati nycholaij de abirdene in dominica immediate ante ascencionem domini ad altare beati sebastianj martiris cum missa de nota et trigentalj per ebdomadam vt moris est pro quo infeodantur dicti capellanj in decem solidis de terra olim valteri marns sex s viij d et de terra Mathie branch xl d

CIX.

HONORABILIS vir alexander menzes tunc prepositus burgi de abirden vigesimo quarto die mensis septembris Annj dominice incarnationis millesimj quadringentesimj nonagesimj octauj post actum dedicationis ecclesie parochalis beati nicholaij eiusdem burgj solempniter celebratum per reuerendum in christo patrem ac dominum dominum vilelmum miseracione diuina episcopum abirdonensem eandem ecclesiam dotauit fundans vnam lampadem In honore dej omnipotentis gloriose virginis marie diuj nicholaij patronj et tocius curie celestis pendentem ante summum altare coram venerabili sacramento temporibus perpetuis duraturam noctu die que ardentem pro anima sua et animabus parentum suorum antecessorum et successorum prout in fundatione lacius continetur Pro qua quidem lampade sustinenda prefatus alexander infeodauit capellanum altaris beati sebastianj martiris et suos successores in vno annuo redditu trium librarum de terris de balmady annuatim recipiendo et leuando vt in cartis desuper confectis per superiorem confirmatis et supremum dominum nostrum regem mortificatis lacius continetur cuius anima requiescat in pace amen

fol. 92[2]

Carta fundationis huius lampadis Scribitur ante in trigesimo folio libri

CX.

Fundatio misse de requie pro domino Willelmo Elphinstoun rectore de clat ad altare sancte marie

VENERABILIS vir dominus Willelmus Elphinstoune Rector de clat fundauit vnam missam de requie celebrandam ad altare gloriose virginis marie qualibet feria secunda perpetuis temporibus futuris pro salute Anime sue animarum parentum benefactorum ac omnium fidelium defunctorum Pro qua capellani chori beati nicholaij dicti burgi infeodantur in vno annuo redditu viginti solidorum de vna terra anteriore quondam Andree ackin Iacente in cono vici Nauium ascendente ad vicum castri inter terram gilberti Waus de Many ex orientali et communem viam regiam versus occidens et terram altaris beatorum georgei martiris et thome apostoli versus boream et communem viam regiam versus austrum

gilbert crystes land this xx s It payes and vj s viij mair

CXI.

fol. 93[1]

OMNIBUS hanc Cartam visuris vel audituris Curatus et capellanj chori ecclesie perrochialis burgj de Abirdenn Eternam in domino Salutem Noueritis nos cum consensu et assensu cristine meldrum vidue liberum tenementum terre subscripte habentis vtilitate ecclesie in hac parte vndeque preuisa et diligenter considerata dedisse concessisse ad feodifirmam dimisisse et hac presentj carta nostra confirmasse nostro dilecto Iohannj simsoun totam et Integram illam terram nostram anteriorem cum suis pertinentiis penitus vastam et Inhospitatam Iacentem infra dictum burgum in vico furcarum ex occidentali parte Eiusdem vicj inter terram capellanorum ecclesie Cathideralis Abirdonensis ex australi ex vna et terram quondam Iohannis myln ex boreali partibus ab altera Et communem viam Regiam versus oriens et terram interiorem eiusdem tenementj versus Occidens TENENDAM et habendam totam et Integram dictam terram anteriorem cum suis pertinentiis prefato Iohannj heredibus suis et suis assignatis a nobis et successoribus nostris de suppremo Domino nostro rege in feodo et hereditate ac in libero burgagio Imperpetuum Cum omni Iure et Iuris clameo cum debitis longitudine et latitudine cum edificijs desuper constructis et construendis Ac cum omnibus aliis et singulis libertatibus commoditatibus et asiamentis ac Iustis suis pertinentijs quibuscunque ad dictam terram anteriorem cum pertinentiis spectantibus seu Iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum Adeo libere plenarie Integre honorifice bene et in pace in omnibus et per omnia sicut aliqua

terra infra dictum burgum ad feodifirmam datur conceditur aut possidetur sine Reuocacione reclamacione aut contradiccione aliqualj nostri successorum nostrorum aut aliorum quorumcunque FACIENDO inde annuatim dictus Iohannes heredes sui aut assignati Suppremo domino nostro regj seruicium burgagium de dicta terra debitum Et consuetum quantum pertinet ad eandem Ac Reddendo annuatim dicte cristine in durante tempore vite sue vnum annuum redditum octo solidorum vsualis monete scocie ad duos Annj terminos vsuales penticostes videlicet et sanctj martinj in yeme per equales porciones liberum tenementum eiusdem habentis Et post eius decessum nobis et successoribus nostris eundem annuum Redditum soluendum ad duos annj terminos vsuales tantum pro omni alio seruicio seculari exaccione seu demanda que de predicta terra anteriore cum pertinentiis aliqualiter exigj poterit aut Requirj Reseruatis tamen per omnia liberis introitu et exitu ad terram interiorem dictj tenementj tociens quociens per portas anteriores Insuper noueritis nos obligasse tenoreque presentis carte obligare et astringere dictum terram Interiorem et inhabitantes eandem ad conseruandam prefatam terram anteriorem liberam Indempnem et exoneratam de omnibus aliis annuis redditibus Imperpetuum Et nos vero dicti curatus et capellani ac successores nostri totam et Integram terram anteriorem prenotatam cum suis pertinentiis prefato Iohannj heredibus suis et suis assignatis in omnibus et per omnia vt premissum est per omnes terras et possessiones nostras contra omnes mortales varantizabimus acquietabimus et Imperpetuum defendemus In Cuius rej testimonium huic presentj carte nostre sigillum nostrum commune et sigillum honorabilis viri Iohannis Ratre vnius balliuorum dicti burgj ac datoris sasine huiusmodi terre sunt appensa Apud Abirdenn septimo die mensis Ianuarij Anno Dominj millesimo Quingentesimo quinto Coram honorabilibus et famosis viris Iohanne cullan Iacobo colisoun Duncano Colisoun henrico reid Willelmo king burgensibus Iohanne Cuk sergeando et Domino Iohanne Stirueling Notario publico

CXII.

OMNIBUS hanc Cartam visuris vel audituris Iohannes mair senior burgensis de abirdene Eternam in domino salutem premeditato et ad plenum intellecto quod omnes stabimus ante tribunal dominj nostri

iesu christi prout in corpore gessumus siue bonum siue malum recepturi Bonum est igitur diem extremj iudicij operibus misericordie preuenire hic vt seminata in terris multiplici fructu colligere valeamus in celis Noueritis me igitur in honorem dei omnipotentis beatissime virginis marie ac omnium sanctorum celestis curie pro salute anime mee anime margarete moir vxoris mee prolium nostrorum parentum et benefactorum nostrorum eorumque omnium a quibus aliqua bona minus iuste habuimus ac animarum omnium defunctorum fidelium dedisse concessisse et hac presente carta mea confirmasse Necnon tenore presentium dare concedere et hac presente carta mea confirmare discretis viris capellanis chori ecclesie perrochialis diuj nicholaij de abirdene et eorum Successoribus capellanis dicti chori Omnes et singulos annuos redditus meos subscriptos cum pertinenciis videlicet vnum annuum redditum meum fol. 93 [2] viginti solidorum vsualis monete regni scotie annuatim exeuntem et leuandum de vna terra burgagia cum pertinenciis Iacente ex australi parte vici nauium dicti burgi inter terram quondam Iohannis blak ex orientali ex vna et terram communitatis burgi de abirdene ex occidentali partibus ab altera Et communem viam regiam versus boream et torrentem sancte trinitatis versus austrum Ac etiam vnum annuum redditum meum octo solidorum antedicte monete annuatim exeuntem et leuandum de illa terra burgagia cum pertinenciis Iacente ex occidentali parte vici furcarum dicti burgi inter terram Villelmj mathow ex boreali ex vna Et terram quondam villelmj mill ex australi partibus ab altera Et communes vias regias versus oriens et occidens ad duos annj terminos vsuales pentecostes videlicet et sancti martini in hieme per equales duas medias portiones TENENDAS et habendas [*sic*] omnes et singulos dictos annuos redditus suprascriptos cum pertinenciis dictis capellanis et eorum Successoribus capituli dicti chori A me heredibus et assignatis meis de supremo domino nostro rege et suis successoribus regibus scotie in puram et perpetuam elimosinam Imperpetuum Cum omni jure et Iurisclameo titulo proprietate et possessione Ac cum omnibus ac alijs singulis libertatibus commoditatibus et asiamentis ac iustis pertinenciis quibuscunque Tam non nominatis quam nominatis ad dictos annuos redditus cum pertinenciis spectantibus seu iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum libere quiete plenarie integre honorifice bene et in pace Sine impedimento obstaculo aut reuocacione quibuscunque Quamobrem dicti capellanj et sui successores dicti capellanj chori pro

tempore celebrabunt vnum anniuersarium annuatim et imperpetuum exequias defunctorum videlicet placebo et dirige in die sabbati Immediate ante dominicam Secundum quadragesime annuatim durante vita mea Et post decessum meum in die obitus mej Ac missam de nota in dominica Immediate sequente cum missis trigintalibus per hebdomadam proximam immediate sequentem vt moris est apud altare beatissime virginis marie infra ecclesiam perrochialem diuj nicholaij de abirden fundatum pro salute anime mee et animarum omnium predictarum Insuper collector dictorum capellanorum qui pro tempore fuerit dictos annuos redditus annuatim et terminatim vt premittitur percipiet et distribuet vt sequitur videlicet preconi cum campana manuali ad circumeundum dictum oppidum nocte exequiarum ad Inuitandum populum ad deprecandum pro salute animarum predictarum duos denarios Et sacriste pro pulsatione Campanarum dicte ecclesie trina vice ad huiusmodi exequias in die sabbati prefati Et similiter in dominica Immediate sequente ad missam quatuordecim denarios Et similiter prefatus collector pro tempore tabulam honestam super monumentum meum ponet Et idem pallio siue coopertorio decenti cooperiet et luminaria cerea inueniet honeste vt decet pro quibus sibi duos solidos captabit Et annuatim in die exequiarum quatuor solidos pauperibus magis indegentibus errogabit Et reliquum huiusmodi anniuersarium videlicet viginti solidos et octo denarios dictis capellanis in die huiusmodi exequiarum pro premissis prescriptis ad manus distribuet et deliberabit Et hec omnia a dictis capellanis et collectore et suis successoribus annuatim et imperpetuum inuiolabiliter obseruabuntur vt coram summo Iudice in die extremj iudicij respondere voluerint Tantum pro omni alio seruitio secularj exactione Seu demanda que de predictis annuis redditibus cum pertinenciis aliqualiter exegi poterint aut requiri Et ego vero dictus Iohannes mair heredes mej et assignati omnes et singulos dictos annuos redditus suprascriptos cum pertinenciis dictis capellanis et suis successoribus capellanis dicti chori In omnibus et per omnia forma pariter et effectu vt premissum est per omnes terras et possessiones nostras contra omnes mortales varantizabimus acquietabimus et Imperpetuum defendemus omnibus fraude et dolo seclusis In Cuius rej Testimonium sigillum meum proprium vnacum mea subscriptione manualj Necnon sigillum honorabilis viri Dauidis andersoun vnius balliuorum dicti burgi ac datoris sasine huiusmodi sunt appensa Apud

GG

abirdene vicesimo sexto die mensis marcij Anno domini millesimo quingentesimo trigesimo octauo Coram prouidis et discretis viris domino roberto spark andrea waus capellanis willelmo paul Alexandro kay sergiando Et magistro Iohanne nicholsoun notario publico Cum diuersis aliis

CXIII.

fol. 94[1] OMNIBUS hanc Cartam visuris vel audituris Curatus et capellanj chori Ecclesie perrochialis burgj de Abirdenn Eternam in Domino Salutem noueritis nos vnanimi consensu et assensu vtilitate et comodo ecclesie in hac parte vndeque preuisa et diligenter considerata dedisse concessisse ad feodifirmam dimisisse et hac presentj carta nostra confirmasse honesto viro Iohannj Watsone burgensi dictj burgj totam et Integram illam terram nostram cum suis pertinentiis Iacente infra Dictum burgum in vico furcarum ex occidentali parte Eiusdem vicj inter terram capellanorum ecclesie cathideralis Abirdonensis ex australj et terram quondam Iohannis mylne ex boreali partibus ab altera et communem viam Regiam versus occidens et terram Iohannis Symsone versus oriens Cum libero introitu ad omnes portas anteriores et Interiores totiens quotiens Tenendam et habendam totam et Integram dictam terram cum suis pertinentiis prefato Iohannj et Elizabetht hay sponse sue eorumque alteri diucius viuenti in coniuncta infeodatione et heredibus inter ipsos legitime procreatis seu procreandis quibus forte deficientibus heredibus propinquioribus legitimis ipsius Iohannis et suis assignatis quibuscunque a nobis et Successoribus nostris de suppremo domino nostro rege in feodo et hereditate ac in libero burgagio Imperpetuum Cum omni Iure et Iuris clameo cum debitis longitudine et latitudine cum edificijs desuper constructis et construendis Ac cum omnibus et singulis libertatibus commoditatibus et asiamentis ac Iustis suis pertinentiis quibuscunque ad predictam terram cum pertinentiis spectantibus seu Iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum Adeo libere plenarie Integre honorifice bene et in pace in omnibus et per omnia Sicut aliqua terra infra dictum burgum ad feodifirmam datur conceditur aut possidetur sine reuocacione reclamacione aut contradictione aliquali nostrum aut successorum nostrorum seu aliorum quorumcunque FACIENDO inde annuatim dictj Iohannes et Elizabetht sponsa sua eorumque alter diutius viuens et heredes

inter ipsos legitime procreati seu procreandi quibus forte deficientibus heredes propinquiores legitimi ipsius Iohannis et suj assignatj quicunque Suppremo domino nostro regj seruicium burgagium de dicta terra debitum et consuetum quantum pertinet ad eandem Ac reddendo nobis et successoribus nostris vnum annuum redditum sexdecim solidorum Ac heredibus quondam Iohannis stephanj aut suis assignatis vnum annuum redditum quinque Solidorum et quatuor denariorum Ac capellano perpetuo altaris beatj laurencij martiris infra ecclesiam perrochialem dicti burgj fundati vnum annuum redditum sex solidorum et octo denariorum et capellano perpetuo altaris sanctj petrj infra eandem fundati per quondam bone memorie vicarium de Inuerrugy vnum annuum redditum sex solidorum vsualis monete scocie ad duos annj terminos vsuales penthicostes videlicet et Sanctj martinj in yeme per equales porciones tantum pro omni alio seruicio secularj exactione seu Demanda que de predicta terra cum pertinentiis aliqualiter exigj poterit aut Requirj Cum hac condicione quod prefatam terram sufficienter in tecto muris et aliis necessarijs sustentabunt Imperpetuum et distringebilem conseruabunt pro Solucione dictorum annuorum reddituum singulis annis et terminis futuris Et si deficere contigerint in Sufficienti Sustentacione aut Reparacione huiusmodi terre vt decet per visum consideracionem et mandatum nostrum aut successorum nostrorum per spacium quadraginta dierum postquam moniti fuerint aut possessor eiusdem fuerit per nos aut nostros Successores aut in solucione dictorum annuorum reddituum in toto vel in parte per spacium dimidij annj ita vt vnus terminus inciperit ante solucionem alterius termini precedentis quod absit tunc licitum erit nobis et nostris Successoribus liberum Ingressum et Introitum ad predictam terram cum pertinentiis habere et de eadem pro nostre libeto voluntatis disponere et presens carta in posterum nullius erit roboris seu effectus set cassa Inanis et Inualida in se fraude et dolo seclusis Et nos vero dicti curatus et capellanj et successores nostri totam et Integram terram prelibatam cum suis pertinentiis prefatis Iohannj et Elizabetht sponse sue eorumque alterj diucius viuentj in coniuncta infeodacione et heredibus inter ipsos legitime procreatis seu procreandis quibus forte deficientibus heredibus propinquioribus legitimis ipsius Iohannis et suis assignatis quibuscunque in omnibus et per omnia vt premissum est per omnes terras ac possessiones nostras contra omnes mortales varantizabimus acquietabimus et Imperpetuum

xvj s v s iiij d vj s viij d vj s all sett in few to Androw Iack now pertening to Ion robertson chepeltoun for xxvj s viij d because ye same land was Wast in a Lathraye In use of payment of ye sindry merks

defendemus In Cuius Rej Testimonium huic presentj carte nostre Sigillum nostrum commune et Sigillum honorabilis virj Iohannis Colisone vnius balliuorum dicti burgj ac datoris Sasine huiusmodi terre sunt appensa apud Abirdene vicesimo Die mensis Iulij Anno domini millesimo Quingentesimo septimo Coram honorabilibus et famosis viris
fol. 94[2] Andrea cullan preposito roberto hill magistro gavino leslie domino Iohanne reid Iohanne litistar et magistro Roberto masone capellanis patricio Adamsone Iohanne glassinwricht burgensibus Andrea nauchtj et Iohanne Cuk sergeandis Ac Domino Iohanne Stirueling Notario Publico etc

CXIV.

Carta quatuor Solidorum de terra Willelmi gareauch Iacente in vico furcarum etc data per robertum blinseill ad altare sanctj Niniani infra ecclesiam perrochialem de Abirden

OMNIBUS hanc Cartam visuris vel audituris Robertus blinseill burgensis burgi de Abirdene Eternam in domino Salutem Noueritis me in honorem dei omnipotentis gloriose virginis marie beatorum Laurencij et Ninianj et omnium sanctorum pro salute anime quondam henricj leithe animarum parentum suorum et eorum in sua fundacione contentorum dedisse concessisse et hac presenti carta mea confirmasse domino Iohannj leithe Capellano perpetuo dicte capellanie infra ecclesiam perrochialem beatj nicholaij de abirdene ad altare beatorum Laurentij et ninianj fundatum vnum annuum redditum quatuor solidorum vsualis monete scocie annuatim leuandum de tota et integra terra Willelmi gareauch Iacente in vico furcarum ex orientali parte eiusdem vicj inter terram Iohannis Duncansoun ex australi et terram quondam Iohannis mathesoun ex boreali Pro plenaria solucione vnius annuj redditus quatuor solidorum dicte capellanie debiti ut asseritur de terra mea in vico furcarum ex occidentali parte eiusdem vici inter terram alexandri logy ex boreali et communes vias regias versus austrum oriens et occidens TENENDUM et habendum totum et integrum annuum redditum antedictum cum suis pertinenciis prefato capellano et suis Successoribus capellanis dicte capellanie a me et heredibus meis in puram et perpetuam elimosinam Imperpetuum CUM omni Iure et Iuris clameo ac cum omnibus aliis et singulis libertatibus commoditatibus et asiamentis ac iustis suis pertinenciis quibuscunque AC CA-

PIENDUM et leuandum de tota et integra terra prenotata cum suis pertinenciis ad duos annj terminos vsuales penthecostes videlicet et sancti martinj in yeme per equales porciones Adeo libere plenarie integre honorifice bene et in pace in omnibus et per omnia sicut aliquis annuus redditus in puram et perpetuum elimosinam datur aut possidetur sine reuocacione aliquali FACIENDO inde dictus capellanus et suj Successores Diuina Suffragia pro fundatoribus dicte capellanie Tantum pro omni alio seruicio seculari exactione seu demanda que inde exigj poterit aut requirj Et Ego vero dictus robertus heredes mei et assignati totum et integrum annuum redditum quatuor solidorum prenotatum cum suis pertinenciis prefato capellano et suis successoribus in omnibus et per omnia vt premissum est per omnes terras meas contra omnes mortales varantizabimus acquietabimus et Imperpetuum defendemus IN CUIUS REI testimonium huic presenti carte mee Sigillum meum et sigillum prouidi virj Andree cullan senioris vnius balliuorum eiusdem burgj ac datoris Sasine sunt appensa apud abirden vicesimo primo die mensis Octobris Anno domini millesimo quadringentesimo Nonagesimo quinto Coram hiis testibus forsy dauesone Iacobo kennerty Iuniore thoma hatmakar Iohanne fechat burgensibus Andrea nauchty sergeando et domino Iohanne stirueling notario publico etc

CXV.

OMNIBUS hanc Cartam visuris vel Audituris Margareta craufurde relicta quondam alexandri Rede de petfodellis eternam in domino Salutem cum omnes stabimus ante tribunal dominj nostri Ihesu christi siue bonum siue malum fuerit recepturi prout in corpore gessimus igitur diem extremj Iudicij operibus misericordie expediens est preuenire vt seminata in terris multiplicj fructu colligamus in celis VNDE noueritis me pro Salute anime mee anime dictj quondam alexandrj rede de petfodellis parentum nostrorum benefactorum animarum eorum a quibus aliqua bona minus iuste habuimus et omnium fidelium Defunctorum in honorem dei omnipotentis beatissime virginis marie beati nicholaii Sanctj cristofori martiris ac omnium ciuium celestium dedisse concessisse assignasse et hac presentj carta mea confirmasse discretis et doctis viris curato et capellanis chori ecclesie perrochialis dicti burgj totum et integrum annuum redditum meum viginti Solidorum

fol. 95[1]
Fundatio margarete Craufurd

vsualis monete Scocie ex meo proprio conquestu recuperatum annuatim exeuntem et leuandum de fundo tocius et integre terre interioris dauid theman aurifabri burgensis dicti burgj Iacente infra eundem in vico caustri ex australi parte eiusdem vici inter terras Richardi vricht villelmi Rollande et quondam Iohannis Sanclare ex orientali ex vna et terram quondam Iohannis vormet ex occidentali partibus ab altera terram thome vauss versus boream extendentem in longitudine ad torrentem sancte trinitatis versus austrum TENENDUM et habendum totum et integrum dictum annuum redditum cum suis pertinenciis prefato curato et capellanis ac suis successoribus curatis et capellanis dictj chori a me et heredibus meis in puram et perpetuam elimosinam Imperpetuum Cum omni Iure et Iuris clameo ac cum omnibus et Singulis libertatibus Commoditatibus et asiamentis ac iustis Suis pertinenciis quibuscunque ad dictum annuum redditum cum pertinenciis spectantibus Seu iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum Ac capiendum annuatim et leuandum de tota et integra dicta terra cum pertinenciis ad duos anni terminos vsuales penticostes videlicet et sancti martinj in yeme per equales porciones et si neccesse fuerit huiusmodi terram et inhabitantes eandem ac bona sua pro prefato annuo redditu ad manus proprias tociens quociens opus fuerit namare et distringere et eosdem districtos pro suo libito voluntatis disponere sine quocunque Iuris ministro Adeo libere plenarie integre honorifice bene et in pace in omnibus et per omnia sicut aliquis annuus redditus ecclesie infra regnum scocie datur conceditur aut possidetur sine reuocacione reclamacione aut contradictione aliquali mei heredum meorum assignatorum aut aliorum quorumcunque PRO QUOQUIDEM ANNUO redditu dicti curatus et capellani ac sui Successores annuatim celebrabunt et cantabunt vnum anniuersarium ad altare sanctj cristofori martiris infra eandem situatum videlicet exequias defunctorum primo sabato die mensis marcij ac missam de nota in proxima dominica inde sequente cum ceteris missis trigentalis ut moris est per ebdomitam sequentem pro Salute anime dicti quondam alexandri reᵭe in durante vita mea et animarum parentum meorum animarum predictarum ac omnium fidelium defunctorum INSUPER Collector eorundem capellanorum qui pro tempore fuerit preconem cum campana minore per totum burgum preire faciet in dicto die exequiarum ut incitetur populus ad deprecandum pro Salute animarum predictarum tabulam super moni-

hec terra nunc spectat hereditarie Iohannj rolland vio martij 1606 Now payes yerlie this xx solidos

mentum prelibatum ponet et locabit idem pallio seu ornamento decenti operiet luminaria cerea inueniet ceteraque suffragia in consimili anni- fol. 95[2] uersario apponens Ac faciendo sacristam prefate ecclesie campanas solitas et consuetas trina vice aut huiusmodi exequias ac trina vice ad magnam missam cantatam pulsare ut moris est AC SOLUENDO pro dicto anniuersario tempore celebrationis exequiarum misse cantate et aliarum missarum predictam summam annuatim curato et capellanis predictis Et post decessum meum idem curatus et capellani in die obitus mei vnam missam de nota cantabunt et celebrabunt ad altare quo me contigerit sepeliri cum ceteris missis trigentalis per ebdomitam inde sequentem ut moris est pro salute anime animarum parentum meorum benefactorum eorum a quibus aliqua bona minusiuste habuj ac omnium fidelium defunctorum annuatim singulis annis perpetuis duraturis Ac aliam missam cantabunt et celebrabunt ad predictum altare sancti cristofori in predicta dominica post obitum ipsius Alexandri rede pro Salute anime sue animarum parentum suorum benefactorum eorum a quibus aliqua bona minusiuste habuit ac omnium fidelium defunctorum tantum pro omni alio seruicio seculari exactione Seu demanda que de predicto annuo redditu cum pertinenciis aliqualiter exigi poterit aut requiri Et ego vero dicta Margareta heredes mei et assignati totum et integrum annuum redditum prenotatum cum suis pertinenciis prefatis curato et capellanis ac suis successoribus curatis et capellanis dicti chori in omnibus et per omnia ut premissum est per omnes terras ac possessiones nostras contra omnes mortales varantizabimus acquietabimus et Imperpetuum defendemus IN CUIUS rei testimonium huic presenti carte mee Sigillum meum et sigillum honorabilis viri dauid mare vnius balliuorum dicti burgi ac datoris sasine huiusmodi annui redditus domino villelmo couper collectori ac procuratorio nomine eorundem capellanorum sunt appensa apud eundem burgum octauo die mensis Iunij anno dominj millesimo quingentesimo octauo Coram honorabilibus et famosis viris Iacobo collisoun alexandro gray caralo stewinson burgensibus dominis Iohanne reide dauide liell capellanis Normando leslie sergeando et domino Iohanne stirueling notario publico

CXVI.

fol. 96[1]

Rentale siue addicio obituum et anniuersariorum per quondam bone memorie nobiles prouidos et famosos ac discretos viros subsequentes assignatorum Curato et capellanis ecclesie perrochialis beati nicholaij de Abirdene

Obitus quondam bone memorie alexandri reid et margarete craufurd sponse sue

OBITUS quondam bone memorie Alexandri Reid de petfodellis olim prepositi huius burgj qui obiit penultimo die mensis februarij Anno dominj millesimo quingentesimo sexto Et margarete craufurd sponse sue fundatus per dictam margaretam post obitum ipsius alexandrj Quorum anniuersarius annuatim celebrabitur ad altare sanctj cristofori In dominica prima post primum diem mensis marcij cum placebo et dirige in sabato precedenti et missam de nota in dominica et trigintale missarum per ebdomidam per curatum et capellanos collegij eiusdem Et collector dictorum capellanorum qui pro tempore fuerit preconem cum campana minore per totum burgum circumire faciat in dicto sabato ad deprecandum pro animabus supradictis Tabulam super monimentum situabit eidem pallio decenti cooperiet luminaria cerea Inueniet Et sacristam prefati burgj trina vice ad huiusmodi exequias et trina vice ad missam de requie cantatam pulsare faciat vt moris Insuper dicti curatus et capellani aliam missam de Nota cum ceteris missis trigintalis cantabunt et celebrabunt post decessum ipsius margarete ad altare quo contigerit ipsam sepeliri vt lacius habetur in carta fundationis ipsius margarete in folio precedenti Pro quibus dicti curatus et capellani infeodantur de vno annuo redditu vigintj solidorum de terra dauid theman aurifabri in vico Castri

Obitus Iohannis wormet

Obitus quondam Bone memorie Iohannis Wormet Et Isabelle crichtone sponse sue moderne et annabelle kintor sponse sue prioris Quorum anniuersarius annuatim celebrabitur per curatum et capellanos collegij Ecclesie parochialis beati nicholaij dictj burgj ad altare sanctj Iohannis ewangeliste in hunc modum videlicet Exequias defunctorum cum placebo et dirige in sabato post festum assumptionis gloriose virginis marie et missam de Nota in crastino cum ceteris missis priuatis per ebdomidam Et collector capellanorum preconem cum campana minore per totum burgum preire faciet in dicto sabato vt incitetur populus ad deprecandum pro animabus supradictis Tabulam super monimentum locabit et luminaria Inueniet tantum pro quo

anniuersarius infeodantur in vno crofto Iacente in territorio croftorum de futy vt habetur in carta in folio quinto precedenti

Obitus bone et famosi viri Alexandri gray et Elizibetht hay sponse sue quorum anniuersarius annuatim celebrabitur per curatum et capellanos collegij ad altare beate Barbare virginis nuper fundatum per dictum alexandrum in hunc modum videlicet exequias defunctorum cum placebo et dirige in nocte sancti Ninianj et missam De Nota in die sanctj Niniani cum ceteris missis trigintalis per ebdomidam Et collector dictorum capellanorum qui pro tempore fuerit preconem dictj burgi cum campana manuali per totum burgum circumire faciet ad deprecandum pro animabus supradictis Tabulam super monimentum locabit eidem coopertorio decenti cooperiet luminaria cerea inueniet Et sacristam prefate ecclesie campanas solitas et consuetas trina vice ad huiusmodi exequias et trina vice ad missam de Requie de Nota pulsare faciet vt moris vt lacius habetur in fundacione ipsius alexandri in isto Registro precedenti Pro infeodantur in xx s de terris in dicta carta contentis Et collector dictam summam capellanis interessentibus in dicto anniuersario persoluet et nulli alteri absenti

Obitus alexandri gray et vxoris sue

fol. 96[2]

Obitus quondam bone memorie Andree Murray senioris et . . . sponse sue Quorum anniuersarius annuatim celebrabitur in dominica prima post festum penthicostes ad altare sanctj saluatoris per dictum andream fundatum in hunc modum videlicet exequias defunctorum in sabato precedenti cum placebo et dirige Et missam de nota in crastino cum trigintali missarum per ebdomidam sequentem pro salute animarum predictarum Et Collector tabulam super monimentum situabit et cooperiet pallio decenti luminaria cerea inueniet Sacristam campanas solitas et consuetas pulsare faciat preconem cum campana manuali per totum burgum circumire faciat vt incitetur populus ad deprecandum pro animabus supradictis Pro quo infeodantur in vno annuo redditu xxiiij^or^ solidorum de dimidio Rethis de furdis vt lacius habetur in fundatione sua in cista in vestibulo

Obitus andree murray senioris et vxoris sue

Obitus venerabilis viri dominj Iohannis Waus et dauid Waus fratris suj germanj quorum anniuersarius annuatim celebratur in dominica

Obitus dominj iohannis Waus et dauid Waus fratris suj germanj

quinquagesima ad altare diuj martinj in hunc modum videlicet exequie defunctorum celebrabuntur sabbato precedenti cum placebo et dirige et missam de nota in crastinum cum trigintali missarum per ebdomitam sequentem pro salute animarum predictarum in vita dicti dominj Iohannis et post decessum eius in dominica sequenti ut supra Et collector pro tempore tabulum decentem super monumentum situabit et cooperiet pallio decenti luminaria et ceram inueniet ut moris est Sacristam campanas solenniter et consuetas pulsare faciet pro quo fundantur xiiij d et preconem cum campana manuali per totum burgum circumire faciet ut incitetur populus ad orandum pro animabus supradictis pro quo fundantur duo denarij vicario curato et capellanis collegij xxij^ti solidi infeodantur de agris seu rudis terrarum de Inrury et de domibus cromy nunc capellanorum ut in carta plenius continetur et vult omnino idem dominus Iohannes quod distributiones fiant presentibus tantum et nichil absentibus ut ipsi in die Iudicij coram summo Iudice respondere volunt

Maissoun

Obitus venerabilis viri magistri roberti maissoun celebrabitur xviij die mensis mercij anno dominj millesimo quingentesimo vicesimo tercio in hunc modum videlicet collector pro tempore existens situabit scabellum cum sex luminaribus pro quibus habebit xvi d et soluet sacriste viij d et preconi opidi duos d Et collector soluet pre manibus capellanis collegij missam de nota de requie et triginta duas missas per ebdomitam in plenariam solutionem xvi solidorum et octo denariorum emptas per georgium bissat executorem dicti magistri roberti de terra sancti stephani pro perpetuo duraturum Iacente juxta finem vici furcarum quo itur ad forum publicum circa vicum nauium

CXVII.

fol. 97 [1]

Fundacio magistri Iohannis Baidenaugh

OMNIBUS hanc cartam visuris vel audituris magister Iohannes Baidenagh vicarius de gammery filius et heres quondam bone memorie Patricij baidenagh burgensis de Aberdene salutem in domino sempiternam Noueritis me in honorem dei omnipotentis beatissimeque virginis marie sancte Iohannis baptiste ac omnium sanctorum ciuium supernorum pro salute anime mee ac animarum patris et matris meorum ac pro salute anime quondam Duncanj lowdon omniumque

amicorum meorum predicessorum et successorum et animarum omnium fidelium dei defunctorum dedisse et concessisse ac presenti carta mea in puram et perpetuam elimosinam confirmasse dilectis confratribus meis curato et capellanis chori ecclesie parochialis beati nicholaij burgi de Aberdene vnum annuum redditum viginti quatuor solidorum vsualis monete scocie michi debitum de terra Iohannis matelland incole dicti burgi Iacente in vico inferiori dicti burgi quo itur ad ecclesiam beati nicholaij inter terram quondam Andree murisoun ex orientali parte et terram meam propriam proximam et contiguam dicte terre Iohannis matelland descendentem ad torrentem transcurrentem ex occidentali parte et communem viam regiam qua descenditur ad dictum torrentem versus partem borealem et terram Roberti kennerty versus australem partem eiusdem terre TENENDUM et habendum dictum annuum redditum viginti quatuor solidorum a me heredibus meis et assignatis in puram et perpetuam elimosinam dictis curato et capellanis chori dicte ecclesie parochialis de Aberdene et suis successoribus dicti chori capellanis imperpetuum leuandum et percipiendum annuatim de predicta terra cum suis pertinenciis ad duos annj terminos vsuales penthecostes videlicet et sancti martinj in yeme per equales porciones Et si necesse fuerit pro dicto annuo redditu dictam terram cum pertinenciis namandi et distringendi tociens quociens opus fuerit et dictis capellanis videbitur expediens adeo libere quiete integre honorifice bene et in pace gaudendum et possedendum sicut aliquis annuus redditus infra Regnum scocie in perpetuam et puram elimosinam datur conceditur aut possidetur sine aliqua reuocacione reclamacione contradictione aut impedimento quouis quesito colore clam vel palam in Iudicio uel extra directe uel indirecte per me heredes meos aut assignatos aliosve quoscunque vel quemcunque nomine nostro vel ex parte nostra in contrarium aliqualiter faciendis Et pro quo quidem annuo redditu viginti quatuor solidorum Dicti curatus et capellanj ac suj successores imperpetuum tenebunter sicut coram supremo Iudice fuerint responsuri omni ebdomida celebrare quam diu vixero vnam missam de commemoracione beatissime virginis marie ad altare sancti Iohannis baptiste situatum in dicta parochiali ecclesia beati Nicholaij cum collecta pro prosperitate et salute mea quam diu vixero prosper et incolumis in humanis Et post mortem meam et ab hoc seculo migracionem tenebuntur celebrare annuatim et imperpetuum pro salute anime mee patris et matris

meorum ac animarum omnium personarum prenotatarum ad dictum altare beati Iohannis baptiste vnum anniuersarium videlicet exequias defunctorum cum placebo et dirige in sabbato pridie ante proximam dominicam immediate precedentem solempnitatem et festiuitatem omnium sanctorum et cantari facient in ipsa dominica missam de Requiem [*sic*] eternam cum nota cum missis priuatis per capellanos dicti chori per ebdomidam sequentem Insuper collector dictorum capellanorum quj pro tempore fuerit faciet preire et circumire dictum burgum
fol. 97[a] per preconem burgj cum campana manuali ad significandum populo dictum anniuersarium in crastino fore celebrandum Ac tabulam siue sedile super monimentum locabit decenti ornatu coopertum cum cereis et ceteris luminaribus sicut in similibus anniuersariis fieri solet et consueuit Et sacristam vt est moris ante inchoacionem misse de Requiem eternam cantande pulsare faciet vt christifideles ex campanarum pulsibus eo libencius conueniant pro salute anime mee et animarum omnium fidelium defunctorum oraturi tantum pro omni alio onere aut seruicio quod pro dicto annuo redditu exigi poterit aut requiri Preterea noueritis me pro salute anime mee patris ac matris meorum duncani lowdon et animarum omnium fidelium defunctorum dedisse concessisse et hac presenti carta mea in puram et perpetuam elimosinam confirmasse dictis curato et capellanis illam terram meam Iacentem in vico inferiori dicti burgi inter terram Iohannis matelland contigue ex parte orientali et torrentem discurrentem ex occidentali parte terramque Roberti kennerty ex parte australi et communem viam regiam qua descenditur ad dictum torrentem versus partem borealem Tenendam et habendam dictam terram cum suis pertinenciis et Iuribus quibuscunque ad dictam terram spectantibus seu iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum prefatis curato et capellanis et suis successoribus a me heredibus meis et assignatis de supremo domino nostro Rege ac in libero burgagio imperpetuum Faciendo inde dicti capellani et sui successores domino nostro Regi pro dicta terra seruicium debitum et consuetum Et reddendo inde annuatim burgensibus et communitati burgi de Aberdene sex solidos et octo denarios vsualis monete Regni scocie proporcionabiliter ad duos annj terminos vsuales tantum pro omni alio seruicio exactione vel demanda que pro dicta terra exigi poterint aut requiri Et si quid residui fuerit de firmis fructibus redditibus aut peruenientibus dicte terre annuatim hoc prefati capellani recipient ad

vsum et commodum eorundem pro oracionibus et suffragiis pro anima mea et predictorum nominatorum singulis annis imperpetuum faciendis Et ego vero predictus magister Iohannes Baidenaugh heredes mei et assignati predictum annuum redditum viginti quatuor solidorum et dictam terram vt prefatur in presenti carta expressatam dictis curato et capellanis ac suis successoribus contra omnes mortales Warantizabimus acquietabimus et imperpetuum defendemus In cuius Rei testimonium Sigillum meum vnacum sigillo honorabilis viri Thome Waus vnius balliuorum de Aberdene ac datoris sasine dictorum annui redditus et terre venerabili viro domino dauid Waus magistro hospitalis beati Thome martiris de Aberdene collectori dictorum curati et capellanorum pro tempore et in cuius manibus dictos annuum redditum et terram legittime resignauerat huic presenti carte mee sunt appensa apud Aberdene vicesima die mensis Iulij in Anno domini millesimo quingentesimo duodecimo coram hiis testibus venerabilibus et discretis viris magistro Edwardo cunnynghame Rectore de cusny magistro Dauid menzes magistro thoma chamour domino Iohanne Waus domino Willelmo philpsoun Iohanne matelland et gilberto prestoun seriando dicti burgi de Aberdene cum aliis et diuersis testibus ad premissa vocatis

CXVIII.

OBITUS magistri Iohannis Baidenagh vicarij de Gamery cuius anniuersarius per curatum et capellanos chori ecclesie perrochialis beati Nicholaij burgi de Aberdene ad altare sancti Iohannis baptiste situatum in dicta ecclesia parochiali annuatim et imperpetuum omni dominica proxima et immediate precedente solempnitatem et festiuitatem omnium sanctorum in hunc modum videlicet exequias defunctorum cum placebo et dirige in sabbato precedenti et missam de nota in ipsa dominica cum ceteris missis priuatis per ebdomidam Et collector capellanorum preconem cum campana manuali per totum burgum preire faciet in dicto sabbato vt incitetur populus ad deprecandum pro animabus fundatorum Tabulam siue sedile super monumentum locabit et luminaria inueniet vt in carta precedenti plenius continetur pro quo quidem anniuersario Imperpetuum celebrando infeodantur in viginti quatuor solidis annuatim leuandis de terra

fol. 98[1]

Obitus magistri Iohannis baidenagh

Iohannis matellande Iacente in vico inferiori burgi de Aberdene vt plenius in carta precedenti est expressum

CXIX.

fol. 98[2]

9 augusti 1601 productum coram preposito et Balliuis burgi de Abirden

IN dei Nomine Amen per hoc presens Publicum Instrumentum Cunctis pateat euidenter et sit notum quod anno incarnationis Dominice millesimo quingentesimo quadragesimo secundo mensis vero marcij die vigesimo septimo Indictione decima quinta pontificatus sanctissimi in christo patris ac domini nostrj dominj paulj diuina prouidentia pape tercij Anno octauo in mej notarij publicj et testium infrascriptorum presentia personaliter constitutus honestus vir georgius quhytte burgensis de Abirdene obligauit se fidemedia suos heredes executores et assignatos ad realiter et cum effectu deliberandum et persoluendum discreto domino alexandro leslye capellano perpetuo altaris beatj Iohannis baptiste infra ecclesiam perrochialem diuj nicholaj de abirdene fundati vnum annuum

xvj s

redditum xvj solidorum ad duos annj terminos vsuales penticostes videlicet et sanctj martinj in hyeme per equales duas medias porciones imperpetuum annuatim exeuntem et leuandum de tota et integra terra sua que olim fuit Iohannis Durwart Iacente in vico inferiore ecclesie Dictj burgi ex australi parte eiusdem Inter terram alexandrj moyr textoris ex orientali ex vna terram quondam duncanj gilruycht ex occidentali partibus ab altera communem viam regiam versus boream et terram . . . versus austrum Qui annuus redditus ex antiquo Debebatur dicte capellanie et nunc in lite pendente prosequente dicto georgio et intente eundem annuum redditum in lege obtinere et pro seditione litis et controuersie inter eosdem dictus georgius obligauit se vt premittitur ad soluendum eundem imperpetuum capellano dicte capellanie Et dictus capellanus obligauit se et suos successores capellanos dicte capellanie ad orandum et celebrandum pro animabus dictj georgij sue vxoris suorum parentum predecessorum prolium et posteritatum Imperpetuum Super quibus omnibus et singulis dictus capellanus sibj fieri petijt presens publicum instrumentum a me notario publico subscripto Acta erant hec in ecclesia subterrania Diue virginis de pietate in ecclesia parrochialj diuj nicholaj infra burgum antedictum horam circiter vndecimam ante

meredicm sub anno die mense et pontificatu quibus supra presentibus Ibidem Iohanne brabner dominis Iohanne Wrycht et valtero blair capellanis cum diuersis aliis testibus ad premissa vocatis pariterque Rogatis

Chirographum

Et Ego dauid nicholson artium professor scribaque communis aberdonensis et eiusdem dioceseos sacra eciam apostolica auctoritate notarius publicus quia premissis omnibus et singulis dum sic ut premittitur decerentur et fierent vna cum prenotatis testibus interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audiui et in notam cepi ex quibus hoc publicum instrumentum aliena manu fideliter scriptum chirographo signauj et subscripsi Rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium premissorum

CXX.

OMNIBUS hanc Cartam visuris vel Audituris magister robertus Schand rector ecclesie parrochialis de alnais ac canonicus rossensis eternam in domino salutem Premeditato quod omnes stabimus ante tribunal dominj nostri Ihesu christi prout in corpore gessimus siue bonum siue malum recepturj Bonum est Igitur diem extremi Iudicij operibus misericordie preuenire Sic quod dispersa et seminata in terris multiplici fructu colligere valeamus in celis Cum etiam per pias deprecationes et missarum suffragia vbi filius pro peccatis nostris patri offertur credimus peccata dimitti purgatorij penas demoliri et ab eisdem defunctorum animas frequenter liberari et paradisi gaudijs collocari Noueritis me his animo reuolutis et diligenter pensatis In honorem christi cunctipotentis deipare virginis Intimerate ac beate anne omniumque sanctorum celesti cetuj associatorum pro salute anime mee ac animarum donaldi schand patris mej margarete forbes matris mee magistri andree forman olim sanctiandree Archiepiscopj legati nati ac cum potestate et facultate de latere legati Acetiam animarum prepositi balliuorum et communitatis burgi de aberdene (si subinsertis perimplendis diligenter aduerterint et obseruari fecerint) Necnon omnium benefactorum meorum ac Illorum omnium a quibus aliqua bona minus Iuste habuj Et omnium fidelium defunctorum dedisse concessisse deliberasse et hac presente carta mea confirmasse Tenore-

fol. 99[1]
fundatio magistri roberti Schand

que presentium dare concedere deliberare et hac presente carta mea confirmare venerabilibus et discretis viris curato et capellanis chori ecclesie parrochialis diuj nicolai de abirdene Totam et integram summam pecunie ducentarum quadraginta mercarum in auro et argento vsualis monete regnj scotie ad emendum et appropriandum Ipsis capellanis et eorum successoribus capellanis predicti chori vnum annuum redditum duodecim mercarum monete antedicte annuatim Leuandum percipiendum et Importandum ad duos annj terminos vsuales penticostes videlicet et sancti martinj In hyeme per equales portiones Ipsis capellanis et eorum successoribus Imperpetuum Quaquidem pecunie summa ducentarum quadraginta marcarum prefati capellanj et eorum collector pro tempore emerunt vnum annuum redditum quinque marcarum de totis et integris terris de vastiressintuly cum pertinentiis Iacentibus infra vicecomitatum de kyncardin olim pertinentibus andree murray burgensi de abirdene Et alium annuum redditum septem marcarum de terris olim Iohannis cowper contigue adiacentibus In vico inferiore ecclesie predicti burgi de abirdene ex orientali parte eiusdem vici inter communes vias regias ex australi boreali et orientali partibus et terram thome andirsoun versus occidens Extendentibus in toto ad huiusmodi integrum annuum duodecim mercarum prout in cartis instrumentis sasine preceptis et alijs euidentiis Ipsis capellanis desuper confectis plenarie continetur Quamobrem predicti curatus et capellanj chori ecclesie antedicte et suj successores pro salute anime mee ac animarum omnium predictorum celibrabunt dietim vnam missam ad altare sancte anne infra predictam ecclesiam parrochialem diuj nicolaj de abirdene situatum hora vndecima ante meridiem prehabitis et tactis vndecim pulsibus campane maioris omnj die Imperpetuum videlicet quolibet die dominico missam dominicalem aut de quocunque fuerit festum die lune missam de requie cum hac oratione miserere quesumus domine animabus omnium fidelium defunctorum de marcis missam de sancta anna pretende domine famulo tuo et miserere quesumus die mercurij missam de sancto spiritu cum prefatis orationibus pretende et miserere die Iouis missam de corpore christi cum eisdem orationibus
fol. 99 [2] die veneris missam de quinque vulneribus Ihesu christi cum suprascriptis orationibus et die sabati missam de sancta maria cum predictis orationibus nisi contigerit euenire duplex festum Et tunc celibrabunt de Illo duplice festo receptis huiusmodi orationibus Et

si contigerit aliquem dictorum capellanorum deficere in suo seruicio cum celibraret huiusmodi missam Tunc collector eorundem pro tempore capiet duodecim denarios Ipsius Capellanj deficientis in suo seruicio quos tribuet alteri capellano quj celibrabit eandem missam vice sua Et hec omnia et singula A dictis curato et capellanis ac collectore eorundem pro tempore et suis successoribus capellanis prefati chori annuatim hebdomidatim dietim et Imperpetuum Inuiolabiliter obseruentur vt coram summo Iudice In die terribilis et extremj Iudicij respondere voluerint In Quorum omnium et singulorum fidem et testimonium Ego prefatus magister robertus schand hanc presentem cartam meam fundationis manu mea propria Subscripsi et sigillo meo proprio roboraui vnacum subscriptionibus manualibus prefatorum curati et capellanorum pro tempore Apud abirdene duodecimo die mensis Iulij Anno Dominj millesimo quingentesimo quadragesimo secundo coram testibus honorabilibus prouidis et discretis viris Thoma menzes tunc preposito dicti burgi dauide andersoune alexandro ruyerfurd andrea menzes magistro Iohanne gordoune balliuis eiusdem burgi domino patritio stewinsoune domino dauide loremar capellanis magistris dauide nicholsoune Iohanne nicholsoun et Iohanne kennedy notarijs publicis cum diuersis alijs

Vigesimo die mensis februarij anno 1549

donatio calicis altari beate anne

Eodem die venerabilis vir magister robertus schand rector de alnaiss ac capellanus altaris diue anne infra ecclesiam parochialem beati nicolaij de abirdene donauit dicto altari vnum calicem argenteum ponderis triginta duarum vnciarum bene deauratum Prouiso quod huiusmodi calix semper erit In custodia prepositj et balliuorum de abirden in domo capitulari dicte ecclesie sic quod semper paratus sit cuique capellano celibraturo apud dictum altare coram testibus thoma menzes preposito de abirdene magistro roberto lumisden alexandro ruyerfurd dauid mar dauid andersoun magistro Ioanne nicholsoun et magistro Iohanne kennedy notarijs publicis cum diuersis alijs

Magister Robertus [Schand*] manu propria
dominus Iohannes Waus manu propria

* Aliena manu scriptum.

Ita est eduardus menzeis manu propria
dominus Iohannes collisoun manu propria
dominus robertus spark manu propria
Magister andreas Cullan ad hec manu propria
dominus alexander Robertson manu propria
dominus Willelmus Wallias manu propria
dominus alexander anderson manu propria
magister Iohannes kenedy manu propria

CXXI.

fol. 100[1] OMNIBUS hanc cartam visuris vel audituris prepositus curatus et capellanj chorj ecclesie parrochialis beati nicolaj de abirdene Eternam in domino salutem Noueritis nos vtilitate nostra in hac parte ac successorum nostrorum vndique preuisa et Deligenter considerata ac certis causis rationabilibus animos nostros ad hoc mouentibus et notanter pro augmentatione rentalis nostrj annuatim et policea regnj in edificatione et reparatione terrarum vastarum infra Domum nostram capitularem capitulariter congregatos vnanimj consensu et assensu dedisse concessisse et ad feodifirmam et emphiteosim hereditarie dimississe Tenoreque presentium dare concedere et ad feodifirmam et emphiteosim hereditarie dimittere Ipsasque donationem concessionem et dimissionem hac presente carta nostra confirmare honesto wiro donaldo lyndsey calcifici incole burgj de abirdene suis heredibus et assignatis totam Et integram Illam terram nostram cum pertinentiis Iacentem infra dictum burgum in vico inferiori ecclesie inter terram roberti Wschert ex occidentalj ex vna terram Thome chalmer ex orientalj partibus ab altera terram thome lamynntoun versus boream et communem viam regiam versus austrum TENENDAM et habendam totam Et integram dictam terram cum pertinentiis dicto donaldo lindsay suis heredibus et assignatis a nobis et successoribus nostris de suprema domina nostra regina maria principe scotorum Illustrissima et suis successoribus regibus sew reginis scotie in feodo et hereditate ac in libero burgagio imperpetuum CUM Omnj Iure et Iurisclameo titulo proprietate et possessione cum debitis longitudine et latitudine cum edificijs desuper constructus [*sic*] seu construendis ac cum omnibus aliis et singulis libertatibus commoditatibus et asiamentis ac Iustis suis

pertinentiis quibuscunque ad predictam terram cum pertinentiis spectantibus seu Iuste spectare walentibus quomodolibet in futurum libere quiete plenarie integre honorifice bene et in pace sine impedimento reuocatione aut obstaculo quibuscunque REDDENDO inde annuatim prefatus donaldus suj heredes et assignatj nobis et successoribus nostris capellanis dicti chorj summam decem solidorum vsualis monete regni scotie annuatim leuandam et percipiendam de huiusmodi terra cum pertinentiis ad duos annj terminos vsuales penticostes videlicet et sancti martinj in hyeme per Equales portiones nomine feodifirme ac faciendo inde annuatim supreme domine nostre regine et suis successoribus Regibus seu reginis scotie seruitium burgagium de huiusmodi terra debitum et consuetum Tantum pro omnj alio onere seruitio secularj exactione annuo redditu seu demanda que de predicta terra cum pertinentiis aliqualiter exigi poterint aut requirj Cum libera eciam potestate et facultate nobis et successoribus nostris et collectorj nostro quj pro tempore fuerit namandj et distringendj huiusmodi terram ad manus proprias sine quouis Iurisministro pro huiusmodi annuo redditu Toties quocies opus fuerit et de Iure licebit volumus eciam insuper quod si contingat dictam terram deuastarj sic quod solucionem annuam dicte summe habere non poterimus aut si contingat dictum donaldum suos heredes et assignatos possessores huiusmodi terre pro tempore quoscunque deficere in solucione huiusmodi summe per viginti dies post terminum In his casibus et quolibet Illorum quod nos et successores nostrj ingressum et accessum ad huiusmodi terram continuo habebimus ad disponendum super eadem prout nobis placuerit et nos vero prefatj prepositus curatus et capellanj chorj ecclesie antedicte totam et integram dictam terram cum pertinentiis liberam ab omni annuo redditu prefato donaldo lindsay suis heredibus et assignatis In omnibus et per omnia vt premissum est contra omnes mortales varantizabimus acquietabimus et imperpetuum defendemus omnibus dolo et fraude seclusis In cuius rej testimonium presentibus manibus nostris subscriptis Sigillum nostrum commune appendj fecimus apud abirdene primo die mensis septembris anno dominj millesimo quingentesimo quadragesimo quinto coram testibus magistro patricio ruyerfurd alexandro ruyerfurd balliuo domino dauid Wauss dauid cut georgeo kennede dauid elleis Iohanne Iamesone sergiando et magistro Iohanne kenede notario publico cum diuersis aliis

de terra roberti cuthaberd x s

Hec est vera copia principalis carte collacionata per me notarium publicum subscriptum

Ita est Iohannes kennedy notarius publicus manu propria

CXXII.

fol. 100[2] *Informacio tradita Capellanis de Aberdene circa diuinum cultum et eorum administracionem per Ingeramum lindesay Episcopum abirdonensem ac eciam per thomam Spens Episcopum confirmata*

IN Primis quod omni die sabati omnes capellani tam conducticij quam fundati qui diuina celebrant in ecclesia de abirdene vnacum vicario capellano perrochiali hora nona vel circa simul conveniant in capitulo eiusdem ecclesie et ibi statuant per modum tabule per ebdomidam et precipue pro festis contingentibus infra eandem de singulis ministris pro singulis officijs et ministracionibus fiendis vnicuique Intimetur officium sibi limitatum ne aliquam possint excusacionem pretendere Et quod in ecclesia nullus occurrat defectus circa ministracionem fiendam

Item in diebus dominicis et festiuis quando seruicium in ecclesia sit faciendum cum nota siue in matutinis magna missa vel vesperis omnes capellani intrent chorum cum superpellicijs mundis propter honorem dei et ecclesie

Item quod sacrista et clerici perrochiales intersint ibi cum aliis qui in singulis administracionibus tam in ecclesia quam circa pulsum Campanarum iuxta ordinacionem capituli se exerceant

Item quod omnia ista ordinentur principaliter iuxta Auisiamentum vicarij curati et aliorum seniorum de ecclesia

Item quod deficientes circa huiusmodi puniantur et corrigantur secundum discrecionem et arbitrium vicarij et curati cum consilio seniorum qui duxerint ad hoc vocandos Et si aliquo grauia occurrant referant officiali nostro et nobis prout fuerit oportunum

Item quod si que debate vel contrauersie oriantur inter aliquos capellanos que per medium premissorum reformentur et emendentur Et quod nullus ab eorum determinatione valeat se subtrahere

Item quod secundum Auisiamentum maiorum et seniorum prenominatorum statuantur aliqui collectores quantum ad omnia communia occurrencia circa quascunque missas peculiares ex quibuscunque relictis

vel deputatis circa quecunque funeralia aut exequias Et quod omnia illa equaliter distribuantur illis precise qui communiter intersint in officijs diuinis et nulli alteri

Item quod omnes capellani qui ex aliqua fundacione habent suam sustentamentum in dicta ecclesia compellantur per omnem censuram ecclesiasticam ad subeundum omnis diuini cultus et seruitii circa omnia premissa

Item si qui ex capellanis conducticijs vel ex se vel ex instigacione dominorum suorum eos conducencium ad premissa onera subeunda noluerint consentire propter honorem ecclesie et augmentacionem cultus diuinj quod simpliciter suspendantur ab ingressu chori tempore fol. 101[1]
quo celebrantur diuina solempniter in eodem etiam a percepcione quorumcunque communium superuenientium ex missis funeralibus vel exequijs aut aliis quibuscunque

Item si contingat quod aliquis scriptus ad aliquod seruicium ex aliqua causa Racionabili infirmitatis vel alias dictum officium poterat minime pro tempore commode adimplere quod alius quicunque capellanus presens pro tempore ad mandatum vicarij vel capellanj perrochalis defectum absentis protunc supleat Pro suplemento Iuxta arbitrium predictorum et secundum antiquam consuetudinem in ecclesia inibi obseruata certum quid recipiat Et de communia contingentis absentem et ne varietur subincerto suplens defectum in officia diaconatus vel cantoris pro qualibet hora recipiat denarium

CXXIII.

IN dej Nomine Amen per hoc presens publicum Instrumentum fol. 101[2]
cunctis pateat euidenter quod vigesimo quinto die mensis septembris Anno domini millesimo quingentesimo decimo octauo Indiccione Sexta Sanctissimi in Christo patris ac domini dominj leonis pape decimj Anno sexto In mej notarij publici pro tunc decanatus abirdonensis christianitatis decanj presencia curatus et capellanj chorj seu collegij diuj nicholaij de abirdene capitulariter congregatj vt annuatim moris est ad nouj collectoris seu procuratoris eleccionem Ad statutorum alias conditorum obseruationem Et ad noua condenda per que diuinus cultus honorj et augmento decoraretur Omnes et singuli corpus capituli representantes vnacum consensu et assensu nullo repugnante opponente aut

contradicente pro se et suis successoribus Imperpetuum obseruandum statuerunt quod procurator qui pro tempore fuerit electus et suj successores deligenter singulos absentes ab exequiis defunctorum tam in vigiliis quam missis et ceteris missis particularibus ebdomidatim pro fundationibus celebrandis notentur et in scriptis redigantur et quod quilibet absentium a vigiliis mortuorum pro pena soluet quatuor denarios et premissa de nota duos denarios et pro missa trigentalis iiij^{or} d et pro missa particularj totidem et hoc omni seclusa excusatione nisi infirmitate aut peregrinatione impediatur aut sufficientem choristam extra collegij numerum suo loco habeat Et hoc Et quj defecturi tales In manibus collectoris vsque ad computum seruentur aut super edificia ac reparationes communium domorum fideliter disponantur prout respondere voluerit coram deo et ipsis Et hoc imperpetuum fore obseruandum sub suis subscriptionibus irreuocabiliter decreuerunt Super quibus omnibus et singulis a me notario hoc scriptum sub Instrumentj forma fieri pecierunt Acta enim erant hec horam circa octauam ante meridiem in capitulo ecclesie diuj nicholaij oppidj abirdene Anno die mense Indictione et pontificatu quibus supra

Magister Willelmus philipsoun ad hec manu propria
dominus Iohannes murray ad hec manu propria
magister robertus masoun manu propria
Iohannes fyfe manu propria
thomas bynne manu propria
dominus Iohannes mar manu propria
Ita est magister dauid menzeis notarius publicus manu propria
dominus dauid wauss manu propria
Wilhelmus couper manu propria
dominus andreas cowper manu propria
dominus Iohannes wauss manu propria
dominus dauid leis manu propria
dominus Iohannes Cumyng manu propria

In folio 102^{1} *nihil scriptum*

CXXIV.

Thir akis constitucionis and Statutis vndir Writin was maide ande ordanit fol. 102[2]
In ye suppleinge augmentinge and vphaldin of goddis seruice be the curat and cheplannis of ye haill college of Abirdene vndir writin ye Sext day of October the zer of god mcccc nynty and ane Zer

In ye first it is Statut and ordanit yat Ilkane chaplane beinge in office and writin yairto yat is to say ebdomitar dekin or chantour for ye oulk alss oft as he falzes in execution of his office for euere houre he sal pay i d quhilk salbe gevin to him yat suppleis yat falt alss off In

Item it is Statut and ordanit yat Ilkane chaplane writin to ye haly blude mess mess in lentryne or vyer mess to be saide for saulis falzeande in ye doinge of thame sal pay iiii d to ye supplear

Item it is Statut yat ale chaplannis beinge within ye toune suppos yai be nocht in office and yai be absent fra ale houris ye haill day without ane necessar causs and leif askit ande optenit of ye president sal pay i ob

Item it is Statut and ordanit yat ale chaplannis within ye tovne and absent ye haill oulk fra ale houris salbe Secludit fra ale commonys and accidence for ane zere bot gife yai be seke in yair personis or occupeit in Stet erandis Ande leif askit ande optenit of ye president

Item it is Statut and ordanit yat ale chaplannis yat ar absent fra Solempt processionis In solempnit festis sale pay i d vnforgevin Ande yat thai vss nocht to say mess in tyme of processionis and offerandis

Item it is Statut yat ye Segirstane sale keip his houris in ringynge of bellis yat is lymmit to him be ye sicht of ye cheptour vnder ye payne of puttyne in ye Stokkis

Item yat nay chaplane knele ye bell to causs ye Segirstane to ringe bot at ye hour ordanit be ye cheptour

Item yat nay chaplane of ye College nor vtouthe sal haue ye queyre bukis out of ye queyre under ye payne of i d alss oft as thai fale yairin

Item ye haill chaptour sall cheiss ane writar quhilk salbe suorne to fol. 103[1]
writ ye faltis and present yame euere Settirday befor ye chaptour Ande ye collectour sall resaue yame and mak compt of yame at ye quarter of the zeris ende

Item it is Statut yat nay chaplane passout of ye queyre fra ye beginning tile ye endinge of houris messis matyngis and evinsange Ande

specialy fra ye mess of ye haly blude Without leyf askit of ye president or ye vicar and falzeing of him ye curat Ande in his absence ye collectour

Item yat nane halde talk in ye queyre in tyme of ye hour vnder ye payne yat he may Incur and he war absent fra yat houre

Item yat nayne rede legendis bot at commavnde of ye president bot gif thai be lymmit in ye cheptour obefore

Item ye chaplannis vtouthe ye college sal decoire ye queir in ther habitis one haly dais vnder ye payne contenit in ye tabile

Item al chaplannis of ye College sal cum euere Settirday to ye chaptour and her his office assignit to him yat he allege nay excusatione vnder ye payne of iiij d *

Item ye clerkis sale nocht be absent in tyme of ye houris wythoutyn leyf askit and optenit of ye president

Item quhay yat cumis nocht to ye first legende of ix lessonis and to ye ferde pshalme of iij letteris Ande to ye ferde psalme of ye notturne and to ye first legende of ye dirige and to ye Epistill of ye mess salbe reput absent fra yat houre

Item quhay say euere be dekin in office for ye oulk sale haue ye samyn office at ye saulez messis

Item yat nay chaplane of ye College purches singulary ony seruice yat may redounde to ye profit of ye haill college vnder ye payne of depriuacione

fol. 103 [2] Item al chaplannis yat kepis nocht ye Seculorum and twne gewin yame be ye chantour executor of ye office or president for ye tyme sal decist vnder ye payne of ane Ingliss penny vnforgevin

Item yat nane presume to ask Wage and payment for saule messis or processionis bot thai yat ar warnit be ye Collectour

Item nay mess salbe songit Withoutin xij personis and ye prest yat Singis ye mess

Item it is Statut and ordanit for ye vphaldin of goddis seruice that nay persone salbe resauit in ye college for nay request bot gif he be ane choristar and playne Sangster yat can singe Anthoms Responseris and Versiculis Epistoll ewangilis and messis and legendis

Item thar sal nay chaplan be request of ony man spirituale or temporale resauit in ye college And alss ony cheplan be him self or his

* In carta originali "iiij d" aliena manu scriptum est pro "i obul" deleto.

frendis party or aduerdance doinge henderinge or skatht to ye college and breyer of it sal nocht haue Interess nor be resauit in it

Item thar sal be zerlie ane generale anniuersar done perpetualy be ye College for ye breyer of the College yat ar decessit one this Wyss ye placebo and dirige one monunday after our gloriouss patrone Sanct nicholass beis borne and ye Songe mess with nọte on ye morne yereftire at Sanct nicholess alter and trigental of saidis messis in ye oulk follouinge Ilkane cheplane ane mess pro confratribus nostris sacerdotibus defunctis antecessoribus et Successoribus parentibus benefactoribus et omnibus fidelibus defunctis with commendatioun follouing

Item one Wedinsday yereftir yar sal be zerlie ane generale anniuersar proportionaly done pro confratribus collegij nostri viuis with ane Songe mess of ye haly gest at Sanct nicholess alter togidder With ye haill trigentall of Saide messis of ye haly gest follouinge

Item yat quhat chaplan of ye College happinnis to deceiss gif he hes nay gudis of his awin to bring him furtht and do his Exequias ye College sal bringe him furtht on yar expenss and do his exequias as efferis Ande als yai sal bringe furtht secularis resauit in ye confraternite on yer expenss yat has nocht of yer aune to bringe yame furtht

Nomina capellanorum Collegij Anno domini etc nonogesimo primo fol. 104[1]

dominus dauid waus vicarius de banff
magister Alexander fyf
dominus Andreas thome
dominus Andreas henrici
dominus Iohannes strachin
dominus Iohannes stirueling
dominus Duncanus nachty
dominus thomas heruy
magister Willelmus colisone
dominus Alexander club
dominus alexander gray
dominus Robertus leis
dominus Willelmus muresone
dominus Iohannes prat
dominus Willelmus Crukschank

dominus matheus nicholsone
magister Alexander dyss
dominus Andreas Gray
dominus Andreas chamer
dominus Iohannes litstar
dominus Robertus sprvnt
dominus Ingeramus bannerman

Item it is Statut and ordanit yat Ilkan collectour sal pay the chaplannis of ye Witsonday terme be lammes next yerefter And ye mertimes terme be zule immediate yereftir of all fermis and annuellis concerning thame beinge Infeft to ye haill College

Item it is Statut and ordanit be ye haill college yat Ilkane zer one Settirday aucht dais befor the fest of Sanct michaele ye archangell ye generall Collectour of ye saide College sal mak his full compt rekoning and pament to ye chaplannis of ye College of al thingis batht of properteis and accidentis pertening to thame of ye haill zer immediate gangand obefor yat he Iosit yat office of collectoury Ande his said compt rekoning and pament being lelely and treulie gevin herd and vnderstandin be certane of mast famouss and best of discrecion of ye college or be the haill college he sal ourgif his office of collectoury ande ane new collectour salbe chosin to excerss ye said office for ane zer and say furtht zerlie Ilkane zer for ye commone proffit of ye haill College and nay mane sal Ioyss yat office bot for ane zer sua yat Ilkane may knaw the landis and annuellis Rentis Infeft to ye College

The secunde day of ye monetht of December ye zer of gode m v^c and aucht zeris for ye honor of gode and haly kirk and plesour and vphaldin of diuine seruice according to ye alde statutis and constitutiones of halie kirk It was statut and ordanit be ye curat and haill chaplannis yat nay manere of personis prestis clerkis Sangsteris nor vyeris cum within ye queir Without yar habitis vnder ye pane eftir follouing yat is to say Ilkane prest ye first tyme of paiment of tua d Ilkan Clerk i d ye Secunde tyme Ilkan prest iiij d and Ilkan Clerk ij d and say furtht ye third tyme to be secludit fra yar commonis in tyme of godis seruice

Statut' p(er) [illegible] capellanis in collegio beati Nicholai [illegible] [illegible] Willelmi [illegible] Aberdonen' in suo generali capitulo

In the generall chapture of an Reverend fader in god Williame Bischop of Aberdene haldin wt in the cathedrall kirk of the samin on Wednisday in the penthecost oulk nixt efter the synod It was statut and ordanit and for perpetuall [illegible] and approvit be the said Reverend fadir and with the express consent and assent of the brethir [illegible] and chaplainis of Sanct Nicholas kirk of Aberdene efter followand That [illegible] [illegible] [illegible] in all tymis to cum that thar salbe in the said college bot the nowmir of sextene bredir prestis and abill men to the uphald of divin service and na ma [illegible] the bredir [illegible] quhen thai tak the charge upone thaim for thar tyme [illegible] [illegible] made to the said Reverend fadir to keip ordinance and uphald the said divin service in tyme cuming And als that thar be [illegible] of the said college [illegible] the said nowmir of sextene bredir [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] be chosin be the consent of the haill bredir in the stede of him that deceissis and siclike of thaim that happinis to decess And that thar salbe nathir [illegible] the said chaplainis [illegible] of [illegible] at the request of [illegible] nor [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] to the [illegible] of the [illegible] [illegible] and abill [illegible] [illegible] be the said bredir And that thar be ane sall [illegible] [illegible] [illegible] be the [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] to the [illegible] [illegible] [illegible] and [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] of divin service to [illegible] at the [illegible] [illegible] and [illegible] [illegible] [illegible] And [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] and [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] And [illegible] the said Reverend fadir [illegible] and approvit the statutis and [illegible] made befor be [illegible] and [illegible] [illegible] Thomas [illegible] and the acts made be the [illegible] [illegible] of [illegible] [illegible] [illegible] of [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] And [illegible] [illegible] [illegible] the said Reverend fadir [illegible] and at the [illegible] of the said bredir [illegible] had tak in the said charge apone thaim

Ego Willelmus Abberdonensis
episcopus approbo premissa

[illegible] [illegible] [illegible]
approbo premissa

Ego W. episcopus [illegible]
modernus approbo premissa

Willelmus [illegible]
Alexander [illegible]
Magister Thomas [illegible] [illegible]
Magister David [illegible] [illegible]
ad hec [illegible]
[illegible]
Dominus David Wauch ad hec
manu propria
Dominus Johannes Wauch ad
hec manu propria
Dominus David Lang ad hec
manu propria
Dominus Johannes [illegible] curatus
ad hec manu propria
Dominus Johannes [illegible] ad hec
manu propria
Magister [illegible] ad hec
manu propria
Dominus Thomas [illegible] ad
hec manu propria
Dominus Walterus [illegible] ad hec
manu propria
Dominus Andreas [illegible] ad hec
manu propria
Magister Willelmus Philipsoun ad hec
manu propria

CXXV.

Statuta pro Sexdecim Capellanis in collegio beati nicholaj facta per Reuerendum In christo patrem Willelmum Elphinston Episcopum Abirdonensem in suo generali capitulo fol. 104[2]

IN the generall Chaptour of ane Reuerend fadir in god Wilzeame Bischope of Aberdene haldin within ye cathedrall kirk of ye samyne one Wedinsday in ye penthicost owk nixt eftir ye synod It Was statut and ordanit and for perpetuall act ratifeit and apprevit be ye said Reuerend fadir and witht the express consent and assent of the brethir choristaris and chaplanis of sanct nicholace kirk of Abirdene eftir following That it salbe haldin yat in all tymes tocum yat yar salbe in ye said colleg bot ye nowmere of sextene bredir singaris and abill men to ye vphald of devin service and na may And atour ye bredir vnder writin has takin ye charg apone thame for yar tyme be yar greit Aithes maid afor ye said Reuerend fadir to keip continew and vphald ye said devin seruice in tyme tocum And alss yat nain be Ressauit in ye said colleg abuf ye said nowmer of sextene bredir bot gif sa beis ane broder deceiss yane ane vther convenient singar and choristar be chosin be ye consent of ye haill bredir in ye steid of him yat deceissit and siclik of may yat happinnis to deceiss And yat yar be nocht Ressauit in ye said cumpany nay manere of persone at ye Requeist of channon nor secular man in tyme to cum bot gif it be to ye completing of ye nowmer forsaid and abili yarto fundin be ye said bredir And yat yar be ane falt buk maid to be kepit be ye ebdomitar ad instar ecclesie cathederalis to not all faltis absentis fra houris and tablit seruice and of yame yat obseruis nocht yar ceremonijs in tyme of devin seruice to be notit at ye oukis end and compt and rekoning tane yarof And als yat nain commondis be distrubit nor gevin bot allanarlie to yame yat obseruis and kepis yar seruice affixt to yame And als ye said Reuerend fadir rateif and apprevit ye statutis and Actis maid obefor be vmquhill ane gud memore bischop thomas spens and ye actis maid be ye auld bredir of gud mynd for the gud of goddis seruice afor yis present statut And yis statut subscriuit with ye said Reuerend faderis hand and ye handis of ye said bredir yat has takin ye said charge vpoun yame

Willelmus abirdonensis
Alexander abirdonensis
Magister thomas chawmer curatus de aberdene manu propria

Ego gawinus aberdonensis episcopus approbo premissa

Magister dauid menzes ad hec pro tempore eiusdem domini Alexandri aberdonensis * commissarius idem confirmans
dominus dauid Wauss ad hec manu propria
dominus Iohannes Waus ad hec manu propria

Willelmus episcopus aberdonensis approbo premissa

dominus dauid leis ad hec manu propria
dominus Iohannes murray ad hec manu propria
dominus Iohannes fyfe ad hec manu propria
Magister R masoun ad hec manu propria

Ego Vilhelmus Episcopus aberdonensis approbo premissa

dominus thomas bynne ad hec manu propria
dominus willelmus couper ad hec manu propria
dominus Andreas cowper ad hec manu propria
Magister Willelmus philipsoun Ad hec manu propria

CXXVI.

fol. 105[1] *Actum decimo quarto die mensis Iulij Anno domini millesimo quingentesimo decimo nono*

QUO die Reuerendus dominus Magister Iohannes dinguele sedis apostolice prothonotarius Archidiaconus cathenensis etc Ac vicarius perpetuus ecclesie beati nicolaij de abirden volens per omnia et ex intimis effectans ut diuinum officium ad cultum laudem venerationem et honorem omnipotentis dei et beati nicolaij dicte ecclesie patronj in ipsa ecclesia deuote et caritatiue celebretur et precantetur ac desiderans aliquos mores inter capellanos et ministros chori prefate ecclesie reformari venerabilem et egregium virum magistrum Alexandrum hay canonicum ac commissarium generalem abirdonensem humiliter cum Instancia requisiuit quatenus Ipse auctoritate ordinaria quedem statuta

* Hoc nomen "Alexandri aberdonensis" postea ab ipso episcopo insertum est.

per prefatum vicarium et capellanos chori antedicti vnanimj consensu condita confirmaret et eadem certa pena vallare quorum quidem statutorum tenores sequuntur tales

In primis Prefati dominus vicarius et capellanj subscripti ordinauerunt et statuerunt ut deinceps capellani infra dictum chorum tempore diuinorum attente attendant ad diuinum seruicium celebrandum seu cantandum et non inuicem confabulentur Et si aliquis in hoc culpabilis reptus fuerit et notetur si sibi adiungatur ut dicat antequam remoueat se de ecclesia nisi infirmitate astrictus fuerit vnum nocturnum psalterij dominicj

Item quod nullus tempore diuinorum chorum sine habitu decenti et clericali ingrediatur sub pena quatuor denariorum

Item quod singuli capellanj prefati chori ministri quolibet sabbato matutinis finitis statim simul conueniant in capitulo dicte ecclesie ad audiendam tabulam legi defectus punire et alia concernentia commodum et honestatem dicte ecclesie pro pro [*sic*] septimana futura prouideri determinari et concludi sub pena duodecim denariorum in curatum et quatuor denariorum in quemlibet capellanum et vnius denarij in quemlibet puerum pro tempore existentem

Item quod quolibet sabbato in capitulo eligantur et constituantur duo cantores qui habebunt regimen chori pro illa ebdomita qui fideliter similes defectus contingentes tempore diuinorum notabunt et illos in capitulo et sabbatis pandant seu referant et quilibet cantor pro parte seu latere suo notabit defectus et similiter eligantur administri chori pro septimana futura necessarij

Item quod dicti capellanj absentes pro tempore et ipsorum quilibet excepta infirmitatis causa deputent et quilibet ipsorum deputet cantorem sufficientem pro se alioquin reputabitur pro absente

Item si quj capellanj seu capellanus tempore diuinorum extra chorum exeant seu quiuis eorum exeat licentia minime petita aut obtenta et non statim reuertetur nisi infirmitate impediatur reputentur et quilibet eorum reputatur pro absente

Item si aliquem dictorum capellanorum rixari tempore diuinorum contingat et in hoc notatus fuerit pro quolibet defectu satisfaciat duos solidos communie applicandos et id fiet si rixentur in conuentu laicorum

Item quod clerici absentes a qualibet hora maiori et simili defectu satisfaciant pro quolibet tali vnum denarium et in aliis satisfacient et punientur secundum considerationem dilectj [? delicti]

Item quod nullus capellanus in prefata ecclesia diuina celebraturus missam tempore magne misse seu predicationis sub penis periurij et satisfactionis duodecim denariorum de communijs et accidentiis suis sine remissione leuandorum Et quod nullus a missis de requie fundatis seu fundandis in prefata ecclesia se remoueat vsque finem misse Et quod simul cantent debita seruicia et ebdomiderie respondeat nisi petita et obtenta licencia sub amissionis communie illius misse ceteris capellanis debite seruientibus applicandis

Item quia egre ferendum est quod quidam dicte ecclesie capellanj secreta et ea que sancta sunt in capitulo inter dictos capellanos aliis ibidem non existentibus pandunt et reuelant eciam alijs capellanis et laicis ex quibus ecclesiastici multipharie rantur et ea que ad rempublicam et vtilitatem ecclesie minime proficere queant immo statutum et ordinatum est quod si qui talia perpetrare notetur ab omnibus et singulis communiis et accidentiis suis aliis capellanis applicandis et ingressu capituli et auditu secretorum eiusdem per annum proxime sequentem sine mora priuetur

Similiter statutum et ordinatum est quod nullus clericus in sacris ordinibus minime constitutus sedilia principalia dicti chori intrare presumat sed sedilia anteriora dicti chori pro pueris ordinata tempore
fol. 105[2] diuinorum occupet sub pena solutionis vnius denarij sine remissione pro qualibet vice soluendi

Quequidem Statuta tanquam rationi consona ad laudem dei et beati nicolaij simul sonancia idem dominus commissarius auctoritate ordinaria approbauit affirmauit et ratificauit adiiciendo penam ut singuli capellani et alij prefate ecclesie ministri futuris temporibus Inuiolabiliter ea omnia et singula obseruent et quilibet eorum obseruet sub penis in eisdem contentis et suspensionis a diuinorum celebratione in presbitros et excommunicationis maioris in laicos seu inferiores etc

Alexander hay canonicus ac commissarius abirdonensis ad hec
Iohannes dingwall Qui supra manu sua
Dominus andreas cowper manu propria ad hec
dauid nicholsone ad hec manu propria
dominus Ihoannes red manu propria
robertus masoun manu propria

Thomas chawmer curatus de abirdene manu propria
dominus Iohannes fyfe ad hec manu propria
dominus Iohannes murra ad hec manu propria
dominus Iohannes cumyng manu propria
Ita est dominus Dauid wauss manu propria
Ita est magister willelmus philipsoun manu propria
Willelmus Couper ad hec manu propria
dominus Iohannes bynne manu propria
dominus Iohannes mar manu propria
Ita est Iohannes Wauss manu propria

CXXVII.

Actum primo die mensis octobris Anno dominj millesimo quingentesimo tricesimo fol. 106[1]

QUO die venerabilis Et Egregius vir magister robertus Elphinstoun canonicus et commissarius generalis abirdonensis de consensu capituli ecclesie abirdonensis beati nicholaj videlicet statuit quod domini dauid wauss et robertus spark pro quarta parte annj proxime datam presentium sequentem scribant colloquentes ridentes ociosos Et nos constantes in choro eiusdem ecclesie Dietim Et quod aliquod eorundem facientes pro deficiente notentur et soluant penam vnius horie wlgariter ane falt pro vno quoque et Similiter incipientes responsoria vel antiphonas sine mandato cantoris vel deficientes in eisdem similiter notentur et soluant penam omni die sabbati Et quod garrulantes in choro aut alibi et iniurias verbales aliis inferentes reus soluat duos solidos fratribus chori ad agmentationem distributionem de simili consensu Et deinceps alij duo pro secunda parte Annj et Sic deinceps per totum annum annuatim ipsis capellanis et capitulo presentibus et consentientibus presentibus preposito et quibusdam consulibus abirdonensibus

Eodem die venerabilis et egregius vir magister robertus elphinstone canonicus ac commissarius generalis aberdonensis de consensu capituli curatj et capellanorum capitulariter congregatorum nullo contradicente pro concordia inter fratres capituli ecclesie diui nicolaj de aberdene quod si aliqua contingat inter eosdem dissensio videlicet controuersia verba iniuriosa aut lis quocunque modo Illata siue Iure siue Iniuria

quod eiusmodi lis primo patefiat et manifesta sit fratribus capituli et inter eosdem corrigatur sub pena depriuationis ab ingressu chorj secundum arbitrium capituli secundo sub pena de dimidiis communeis tertio sub pena depriuationis simpliciter ab eiisdem communeis et sine vllo Iterum ad eadem regressu

Robertus elphinstoun commissarius generalis abirdonensis

CXXVIII.

fol. 106²

Carta dominj Iohannis Waus de xxvj s viij d

OMNIBUS hanc chartam visuris vel audituris dominus Iohannes vaus capellanus ecclesie parrochialis diuj nicholaij de abirdene Salutem in domino sempiternam Cum omnes stabimus ante tribunal dominj nostrj Ihesu christj prout in corpore gessimus siue bonum siue malum recepturj et vnusquisque propriam adipiscetur mercedem secundum laborem suum Volens igitur diem extremj Iudicij operibus misericordie preuenire Sic vt seminata in terris multiplicj fructu colligere valeamus in celis NOUERITIS me Igitur in honorem dej omnipotentis gloriose virginis marie omniumque celestis curie sciuium pro salute anime mee parentum et benefactorum meorum et illorum omnium A quibus aliqua bona Iuste aut Iniuste habuj necnon omnium fidelium defunctorum dedisse concessisse et in puram et perpetuam eleemosynam donasse et assignasse necnon tenore presentium dare concedere et in puram et perpetuam eleemosynam donasse et assignasse ac ipsas donationem concessionem et assignationem hac presentj charta mea confirmasse discretis viris curato et capellanis chorj ecclesie parochialis beatj nicolaij de abirdene et suis successoribus capellanis dictj chorj totum et integrum vnum annuum redditum vigintisex solidorum et octo denariorum vsualis monete regnj scotie annuatim leuandum et percipiendum de tota et integra terra mea anteriore et horto eiusdem cum suis pertinentiis Iacente infra dictum burgum in vico inferiore ecclesie dictj burgj inter terram roberti gray ex occidentalj ex vna terram altaris siue capellanie beate barbare virginis ex orientalj partibus ab altera communem viam regiam versus austrum et hortum quondam patricij vod versus boream TENENDUM et habendum totum et integrum dictum annuum redditum vigintisex solidorum et octo denariorum monete antedicte cum suis pertinentiis prefatis curato et capellanis et eorum successoribus capellanis perpetuis

dictj chorj de suprema domina nostra regina cum suis successoribus regibus seu reginis scotie in feodo et hereditate ac in libero burgagio inde imperpetuum cum omnj Iure et Iurisclameo titulo proprietate et possessione ac cum omnibus aliis et singulis libertatibus commoditatibus et asiamentis ac Iustis suis pertinentiis quiete plenarie Integre bene et in pace sine impedimento obstaculo aut reuocatione quibuscunque QUAMOBREM dictj curatus et capellanj et eorum successores celebrabunt aut celebrare facient vnam missam pro salute anime mee parentum et benefactorum meorum et omnium fidelium defunctorum apud altare sanctj martinj infra dictam ecclesiam situatum in die dominico singulis hebdomadis imperpetuum Ac etiam faciendo inde annuatim supreme nostre regine et suis successoribus seruitium burgagium inde debitum et consuetum tantum pro omnj alio onere et seruitio secularj exactione seu demanda que de predicto annuo redditu cum pertinentiis de tota et integra terra mea cum horto eiusdem suprascriptis cum pertinentiis prefatis curato et capellanis et eorundem successoribus in omnibus et per omnia forma et effectu vt premissum est contra omnes mortales varantizabimus acquietabimus et imperpetuum defendemus omnibus dolo et fraude seclusis In cuius rej testimonium sigillum meum proprium huic presentj charte fundationis mee subscriptione mea manualj subscripte sigillum meum proprium necnon sigillum honorabilis virj gilbertj malysone vnius balliuorum dictj burgj ac datoris sasine huiusmodj sunt appensa Apud abirdene vigesimo secundo die mensis aprilis anno dominj millesimo quingentesimo quinquagesimo tercio Coram testibus Alexandro malysone andrea herwy alexandro kay henrico nachty vilhelmo barclay vno sergiandorum dictj burgj et Magistro Iohanne kennedy scriba communj eiusdem burgi cum diuersis aliis

Concordat Presens Copia cum principali carta collacionata per me notarium publicum subscriptum

Ita est magister Iohannes kennedy scriba burgj de abirdene
Ac notarius publicus manu propria

CXXIX.

Confirmatio Iacobi huntar de terra capellanorum

OMNIBUS hanc cartam Visuris vel audituris vicarius et capellanj chori ecclesie parrochialis diui nicolaj de abirdene eternam in fol. 107[1]

domino salutem Noueritis nos quandam cartam alienationis de terra subscripta per Iacobum huntar cultellarium prouido viro andree huntar burgensi dicti burgi suis heredibus et assignatis factam et concessam sigillo et subscriptione manualj prefatj Iacobj roboratam et subscriptam non rasam non viciatam non cancellatam nec in aliqua sui parte suspectam sed omni prorsus vicio et suspicione carentem vt ex eius prima facie apparebit legisse vidisse inspexisse et ad plenum intellexisse cuius tenor sequitur de verbo in verbum et est talis OMNIBUS hanc cartam visuris vel audituris Iacobus huntar cultellarius liber artifex burgi de abirdene Eternam in domino salutem noueritis me vtilitate mea in hac parte vndique preuisa et diligenter considerata ex certis causis rationabilibus animum meum ad hoc mouentibus vendidisse alienasse et hac presenti carta mea confirmasse Nec non tenore presentium vendere alienare et hac presenti carta mea confirmare prouido viro andree huntar burgensi dicti burgi suis heredibus et assignatis totam et integram terram meam anteriorem cum pertinentiis quam teneo de capellanis chori ecclesie parrochialis de abirdeine in feudifirma Iacente infra dictum burgum in vico furcarum ex occidentali parte eiusdem vici inter terram quondam Ioannis durty nunc vero villelmi oglay ex australi ex vna terram quondam dauidis blak nunc vero Ioannis robertsoune ex boriali partibus ab altera communem viam regiam versus oriens et terram quondam thome philpsoune nunc vero thome allan sartoris versus occidens pro quadam certa summa pecunie quam dictus andreas mihi tempore confectionis presentis carte mee in pecunia numerata in mea necessitate bene et fideliter pre manibus persoluebat de qua quidem summa pecunie fateor me bene contentum et plenarie satisfactum ac eundem andream suos heredes executores et assignatos pro me heredibus executoribus et assignatis meis exinde quiete clamo Imperpetuum et exonero per presentes TENENDAM et habendam totam et integram predictam terram cum pertinentiis prefato andree huntar suis heredibus et assignatis a me heredibus et assignatis meis de predictis capellanis et suis successoribus in feudifirma hereditaria imperpetuum cum omni Iure et Iurisclameo titulo proprietate et possessione Ac cum omnibus aliis et singulis libertatibus commoditatibus et asiamentis ac iustis suis pertinentiis quibuscunque ad predictam terram anteriorem cum pertinentiis spectantibus seu iuste spectare valentibus quomodolibet in

futurum libere quiete plenarie integre honorifice bene et in pace sine impedimento obstaculo aut reuocatione quibuscunque mei heredum meorum assignatorum seu aliorum quorumcunque FACIENDO inde annuatim supremo domino nostro regi et suis successoribus regibus scotie seruitium burgagium inde debitum et consuetum NEC NON reddendo inde annuatim dictus andreas sui heredes et assignati predictis capellanis chorj ecclesie parochialis diui nicholaj de abirdeine summam fol. 107[2]
trium librarum sex solidorum et octo denariorum vsualis monete regni scotie ad duos anni terminos vsuales penticostes videlicet et sancti martini in hieme per equales duas medias portiones nomine fewdifirme Tantum pro omni alio onere seruitio seculari exactione seu demanda que de predicta terra anteriore cum pertinentiis aliqualiter exigi poterint aut requiri ET EGO VERO prefatus Iacobus huntar heredes mei et assignati totam et integram predictam terram anteriorem cum pertinentiis prefato andree huntar suis heredibus et assignatis liberam Immunem et exoneratam ab omni alienatione assedatione annuo redditu vitali redditu et onere quocunque (dempta predicta feudifirma) in omnibus et per omnia forma pariter et effectu vt premissum est contra omnes mortales varantizabimus acquietabimus et imperpetuum defendemus omnibus dolo et fraude seclusis IN CUIUS REI testimonium huic presenti carte mee subscriptione mea manuali vt infra subscripte sigillum meum proprium Nec non sigillum honorabilis viri alexandri chalmer vnius balliuorum dicti burgi ac datoris huiusmodi sasine sunt appensa Apud abirdene septimo die mensis Iulij anno domini millesimo quingentesimo septuagesimo quarto coram testibus Iacobo ewin alexandro ewin Ioanne robertsoune iuniore alexandro malysoune burgensibus de abirdene magistro Ioanne fulfurd gilberto kintor sergiando magistris thoma malysoun et Ioanne kennedy notariis publicis cum diuersis aliis Et sic subscribitur Iames huntar cultuler wt my hand at ye pen hed be ye Notar vnder wrettin at my command Ita est magister thomas malysoune notarius publicus de specialj mandato dicti Iacobi huntar scribere nessientis manu propria QUAMQUIDEM cartam alienationis seu venditionis suprainsertam in omnibus suis punctis et partibus clausulis conditionibus et circumstanciis approbamus ratificamus et pro nobis et successoribus nostris pro perpetuo Confirmamus per presentes PROUISO tamen quod si contingat dictum andream suos heredes aut assignatos deficere in solucione dicte summe quinque mercarum annue

firme ad terminos suprascriptos vel intra quadraginta dies Immediate post quemlibet terminum integra solutione non facta tunc et in illo casu infeodatio huiusmodj terre concessio in feudifirma nullius roboris erit aut momenti Et licitum erit nobis et nostris successoribus huiusmodi terram reassumere et super eadem et ad nostre voluntatis libitum disponere absque iuris processu Ac huiusmodi terra in fewdifirma nunquam concessa fuisset necnon quilibet de nouo intrans ad huiusmodi terram duplicabit huiusmodi feudifirmam in suo primo introitu ad eandam vt moris est feudifirme IN cuius rei testimonium presentibus subscriptionibus nostris manualibus roboratis sigillum commune capituli nostri appendi fecimus Apud abirdene octauo die mensis Iulii anno fol. 108[1] domini millesimo quingentesimo septuagesimo quarto Coram testibus georgio straquhyn magistro thoma malysone andrea garreaucht georgio blak henrico multra Ioanne chalmer et magistro Ioanne kennedy Sic subscribitur Ioannes collisoune vicarius manu propria magister Ioannes kennedy manu propria willeam valcar wt my hand dominus Ioannes blak manu propria dominus Ioannes vrycht sua manu magister eduardus mengzes manu propria syr Iames barclay collector for ye tyme vt my hand

Hoc est verum exemplar siue transsumptum principalis carte confirmationis sigillo communi dictorum capellanorum roboratum et subscriptionibus suis munitum In omnibus cum principali concordans nil addito vel diminuto quod facti substantiam mutet aut intellectum variet collationatum et equiparatum authoritate balliuorum burgi de abirdene Iudicum ordinariorum authoritatem suam huic transsumpto interponentium per me magistrum Ioannem Kennedy scribam burgi de abirdene ac notarium publicum subscriptum

Chirographa

Ita est magister Ioannes kennedy notarius publicus ac burgi de abirden scriba communis pro tempore manu propria

Ita est magister Thomas malysoune notarius publicus manu propria

CXXX.

Fundatio dominj Ioannis waus misse dominicalis celibrande apud altare sanctj martinj fol. 108[2]

OMNIBUS hanc chartam visuris vel audituris dominus Ioannes vaus capellanus ecclesie parochialis diuj nicolaij de abirdene salutem in domino sempiternam Cum omnes stabimus ante tribunal dominj nostrj Iesu christi prout in corpore gessimus siue bonum siue malum recepturj et vnusquisque propriam adipiscetur mercedem secundum laborem suum volens igitur diem extremj Iudicij operibus misericordie preuenire sicut seminata in terris multiplicj fructu colligere valeamus in celis Noueritis me igitur in honorem dej omnipotentis gloriose virginis marie omniumque celestis curie ciuium pro salute anime mee parentum et benefactorum meorum et eorum a quibus aliqua bona Iuste aut iniuste habuj necnon omnium fidelium defunctorum dedisse concessisse et in puram et perpetuam eleemosynam donasse et assignasse necnon tenore presentium dare concedere et in puram et perpetuam eleemosynam donasse et assignasse ac ipsas donationem concessionem et assignationem hac presentj charta mea confirmasse discretis viris curato et capellanis chorj ecclesie parrochialis beatj nicolaij de abirdene et suis successoribus capellanis dictj chorj totum et integrum vnum annuum redditum vigintisex solidorum et octo denariorum vsualis monete scotie regnj annuatim leuandum et percipiendum de tota et integra terra mea anteriore et horto eiusdem cum suis pertinentiis Iacentibus infra dictum burgum in vico inferiore ecclesie dictj burgj inter terram robertj gray ex occidentalj ex vna terram altaris siue capellanie beate barbare virginis ex orientalj partibus ab altera communem viam regiam versus austrum et hortum quondam patricij vod versus boream TENENDUM et habendum totum et integrum dictum annuum redditum vigintisex solidorum et octo denariorum monete antedicte cum suis pertinenciis prefatis curato et capellanis et eorum successoribus capellanis perpetuis dictj chorj de suprema domina nostra regina et suis successoribus regibus seu reginis scotie in feodo et hereditate Ac in libero burgagio imperpetuum cum omnj Iure et Iurisclameo titulo proprietate et possessione Ac cum omnibus aliis et singulis libertatibus commoditatibus et asiamentis ac Iustis suis pertinentiis quibuscunque ad predictum annuum redditum cum pertinentiis spectantibus

seu iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum libere quiete plenarie integre bene et in pace sine impedimento obstaculo aut reuocatione quibuscunque QUAMOBREM dictj curatus et capellanj et eorum successores celebrabunt aut celebrare facient vnam missam pro salute anime mee parentum et benefactorum meorum et omnium fidelium defunctorum apud altare sanctj martinj infra predictam ecclesiam situatum in die dominico singulis hebdomadis imperpetuum Ac etiam faciendo inde annuatim supreme domine nostre regine et suis successoribus seruitium burgagium inde debitum et consuetum tantum pro omnj alio onere seruitio secularj exactione seu demanda que de predicto annuo redditu cum pertinentiis aliqualiter exigj poterit aut requirj Et ego uero dictus dominus Ioannes vaus heredes mej et assignatj totum et integrum dictum annuum redditum vigintisex solidorum et octo denariorum monete antedicte annuatim leuandum de tota et integra terra mea et horto eiusdem suprascriptis cum pertinentiis prefatis curato et capellanis et eorundem successoribus in omnibus et per omnia forma pariter et effectu vt premissum est contra omnes mortales varantizabimus acquietabimus et imperpetuum defendemus omnibus dolo et fraude seclusis In cuius rej testimonium huic presentj charte fundationis mee subscriptione mea manualj subscripte sigillum meum proprium necnon sigillum honorabilis virj gilberti malysone vnius balliuorum dictj burgj ac datoris sasine eiusmodj sunt appensa Apud aberdene Vigesimo secundo die mensis aprilis anno dominj millesimo quingentesimo quinquagesimo tercio Coram testibus Alexandro malysone andrea harrow alexandro kay henrico nachty vilhelmo barclay vno sergiandorum dictj burgj et magistro Ioanne kennedy scriba communj eiusdem burgj cum diuersis aliis Sic subscribitur dominus Ioannes Waus manu propria

Chirographum

Hec est vera copia alterius carte principalis fundationis Collacionata per me notarium publicum subscriptum

Ita est magister Ioannes kennedy notarius publicus teste manu propria

CXXXI.

fol. 109[1] IN dei nomine Amen Per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat euidenter et sit notum quod anno incarnationis dominice

millesimo quingentesimo quinquagesimo tercio mensis vero aprilis die vigesimo secundo indictione vndecima pontificatus sanctissimj in christo patris ac dominj nostrj dominj Iulij diuina prouidentia pape tercij anno quarto In mej notarij publicj et testium infrascriptorum presentiis personaliter constitutus discretus vir dominus Ioannes vaus capellanus chorj ecclesie parochialis diuj nicolaij de aberdene non vj aut metu ductus nec in errorem lapsus seu quouis dolo vel fraude circumuentus sed sua mera pura et spontanea voluntate animo non varians vt apparuit totum et integrum vnum annuum redditum vigintjsex solidorum et octo denariorum vsualis monete regnj scotie annuatim leuandum et percipiendum ad duos annj terminos vsuales pentecostes videlicet et sanctj martinj in hyeme per equales duas medias portiones de tota et integra terra sua anteriore et hortulo eiusdem cum pertinentiis Iacentibus infra dictum burgum in vico inferiore ecclesie ex boreali parte eiusdem vicj inter terram robertj gray ex occidentalj ex vna terram altaris diue barbare virginis infra dictam ecclesiam parochialem situati ex orientalj partibus ab altera terram quondam patricij vod versus boream et communem viam regiam versus austrum IN manibus honorabilis virj gilbertj malysone vnius balliuorum dictj burgj per vnum denarium de oũttol sursum reddidit pureque et simpliciter resignauit Ac totum Ius et clameum proprietatem et possessionem que habet habuit aut habere poterit in et ad eiusmodj annuum redditum cum pertinentiis pro se heredibus et assignatis omnino quietumclamauit imperpetuum Ad dandum sasinam et possessionem successoriam eiusdem annuj redditus cum pertinentiis discretis viris curato et capellanis chorj ecclesie parrochialis beatj nicolaij de abirdene et suis successoribus capellanis eiusdem chorj imperpetuum Et consequenter dictus balliuus de specialj mandato ipsius resignantes sasinam et possessionem successoriam totius et integrj dictj annuj redditus vigintisex solidorum et octo denariorum monete antedicte annuatim leuandum et percipiendum de tota et integra terra predicta et hortulo eiusdem cum pertinentiis ad terminos suprascriptos discreto viro domino roberto bynny capellano collectorj ac procuratorj et eo nomine prefatorum capellanorum eorumque successorum per vnius denarij de Intoll donationem contulit et cum effectu deliberauit ac ipsum collectorem nomine quo supra in eundem induxit imposuit et corporaliter inuestiuit secundum tenorem charte fundationis desuper confecte saluo Iure cuiuslibet Super quibus

xxvj s de terra dominj Iohannis Waus

omnibus et singulis dictus dominus robertus bynny procuratorio nomine quo supra A me notario publico subscripto sibj fierj petiit presens publicum instrumentum sigillo etiam ipsius balliuj roborante Acta erant hec super solum huiusmodj terre horam circiter nonam ante meridiem sub anno mense die indictione et pontificatu quibus supra presentibus ibidem alexandro malysone andrea harrow Alexandro kay henrico nachty et vilhelmo barclay sergiando dictj burgj cum diuersis aliis testibus ad premissa vocatis pariterque rogatis

Chirographum

Et ego magister Ioannes kennedy dioceseos aberdonensis Sacra auctoritate apostolica notarius ac scriba communis burgi de aberdene premissis omnibus et singulis sic vt premittitur actis et factis interfuj Eaque omnia sic fieri vidi sciuj et audiuj Ac in notam cepi Ex quibus hoc publicum instrumentum manu aliena scriptum confecj signauj et subscripsi in fidem et testimonium premissorum rogatus et requisitus

CXXXII.

fol. 109 [2]

dominus Iohannes litster capellanus

DISCRETUS vir dominus Iohannes litster capellanus ecclesie parochialis beati nicholaij de Aberdene post decessum suum nisi cogente necessitate legauit quoddam breuiarium in pergameno scriptum vnj capellano ydoneo videlicet primo consanguineo suo in sacerdotem promoto pro toto tempore vite sue residenti infra dictum burgum quo deficiente alteri ydoneo capellano et sic successiue vno decidente alteri capellano in eodem opido remanenti faciendo inde diuina suffragia pro salute sue etc prout in dicto libro lacius titulatur

CXXXIII.

magister willelmus howe

ANNO domini etc nonagesimo secundo discretus vir magister Willelmus howe in honorem dei omnipotentis beatissime virginis marie etc distribuit bona et ornamenta subscripta modo et effectu subsequentibus videlicet Altari gloriose virginis marie de Abirdone vnum corporale cum choopertorio de welleouss Altari Sancte anne in ecclesia beati nicholaij de Abirdene vnum corporale cum choopertorio ut supra et le pokat cum vna fiol phiola et ane paxbrede ac duo parua manutergia

Altari beati nicholaij vnum corporale cum choopertorio rubie Cerice vnum le paxbrede ac duo manutergia et vnam phiolam cum vno lanacio Altari monasterii de deir vnum corporale cum choopertorio vnum corporale capelle de gareauche vnum corporale Sancte marie capelle de Sydgate vnum Corporale fratribus predicatorum de Aberdene vnum corporale fratribus carmelitarum de Abirdene vnum corporale cum chooperterio calicis et manutergio altari Sanctissime virginis marie de Abirdene vnum corporale altari Sancti Iacobi in eadem vnum corporale altari Sancte Crucis le brovne croyce vnum Corporale altari Sancte katherine vnum corporali altari Sancti Sebastianj cum choopertorio calicis ad altare Sancti Iohannis ewangeliste Item reliquit calicem argenteum deauratum in custodia domini Iohannis Strachin cum paruo libello Crede michi vocato vnum corporale et duas phiolas altarj beati thome apostolj de abirden

Ye chaplanis of ye college of abirdene In presence of master duncan Scherar commissar to my lord of aberdene grantit zerlie to schir Willeam crukschank v s for his gude ministratioun and seruice in breide and Wyne to be schevin to yam

CXXXIV.

OMNIBUS hanc cartam visuris vel audituris curatus et capellanj chori ecclesie collegiate beati nicolaj de abirdene eternam in domino salutem Noueritis nos vnanimi consensu et assensu ad effectum infrascriptum capitulariter congregatos vtilitate nostra et successorum nostrorum In hac parte vndique preuisa pensata et diligenter considerata In euidentem rentalis nostri augmentationem Nec non pro certa pecunie summa nobis per prouidum virum andream buk burgensem de abirdene in pecunia numerata Ac in vsus nostros licitos et necessarios In nostra necessitate totaliter conuersa et applicata plenarie et integre persoluta assedasse arrendasse locasse et ad feudifirmam seu perpetuam emphiteosim hereditarie dimisisse Et hac presenti carta nostra confirmare prefato andree buk et metilde mengzes sponse sue secum in coniuncta infeodatione et eorum alterj diutius viuenti et heredibus masculis Inter eosdem legitime procreatis seu procreandis quibus deficientibus seniori heredum feminearum inter eosdem legitime procreate

fol. 110[1]

Carta feudifirme andree buck de piscaria de ly furdis

vigesimo primo martij 1593 productum in modum probationis per Robertum gray Robertson scriba

seu procreande absque diuisione In integrum succendenti quibus forte deficientibus heredibus propinquioribus legitimis Ipsius andree et suis assignatis quibuscunque totam et integram piscariam nostram dimedii rethis de ly furdis super aqua de dee cum suis proficuis et pertinenciis solitis et consuetis Iacentem infra libertatem dicti burgi et vicecomitatum de abirdene TENENDAM et habendam totam et integram dictam piscariam dimedij rhetis de ly furdis cum suis proficuis et pertinentiis prefatis andree buk et metilde mengzes sponse sue secum in coniuncta infeodatione et eorum alteri diutius viuenti et heredibus masculis Inter eosdem legitime procreatis seu procreandis quibus forte deficientibus seniori heredum feminearum Inter eosdem legitime procreate seu procreande absque diuisione In integrum succedenti quibus forte deficientibus heredibus propinquioribus legitimis Ipsius andree et suis assignatis quibuscunque de nobis et successoribus nostris capellanis dicti chori In feudifirma hereditaria Ac in libero burgagio Imperpetuum cum omni Iure et Iurisclameo titulo proprietate et possessione Ac cum omnibus aliis et singulis libertatibus commoditatibus et asiamentis Ac Iustis suis pertinenciis quibuscunque ad predictam piscariam cum suis proficuis et pertinenciis spectantibus seu Iuste spectare valentibus quomodolibet in futurum libere quiete plenarie integre honorifice bene et in pace sine Impedimento obstaculo aut reuocatione quibuscunque nostrum successorum nostrorum seu aliorum quorumcunque REDDENDO inde annuatim dicti andreas et metildes sui heredes et assignati antedicti nobis et successoribus nostris seu collectoribus pro tempore summam nouem librarum tredecim solidorum et quatuor denariorum vsualis monete regni scotie tanquam pro antiqua firma Necnon sex solidos et octo denarios In augmentationem rentalis nostri annuatim plusquam vnquam huiusmodi piscaria nobis aut predicessoribus nostris In valore pecunie persoluebat extendentem in toto ad summam decem librarum monete predicte ad duos anni terminos vsuales penticostes videlicet et sancti martinj in hyeme
fol. 110[2] per equales duas medias portiones nomine feudifirme Nec non faciendo inde annuatim supreme domine nostre regine et suis successoribus regibus seu reginis scotie seruicium burgagium inde debitum et consuetum Tantum pro omni alio onere seruicio seculari exactione seu demanda que de predicta piscaria cum suis pertinenciis aliqualiter exigi poterint aut requiri prouiso tamen quod si contigerit dictos andream et metildem suos heredes et assignatos antedictos deficere In solutione

dicte feudifirme annuatim et terminatim vt premittitur ad terminos suprascriptos vel saltem infra quadraginta dies quemlibet terminum Immediate sequentes dummodo ad hoc legitime requisiti fuerint seu fuerit per collectorem dictorum capellanorum pro tempore Tunc et in illo casu presens infeodatio cadet in commissum et nullius roboris uel momenti Et licitum erit nobis et successoribus nostris cum predicta piscaria intromittere ad eandem reassumere et super eadem disponere ad nostre libitum voluntatis absque quauis citatione vocatione Iuris uel Iudicij strepitu Ac si presens infeodatio nunquam facta fuisset Et nos uero dicti curatus et capellani ecclesie collegiate et parochialis diui nicolai de abirdene et nostri successores totam et integram dictam piscariam dimedij rethis de ly furdis super aqua de dee cum suis proficuis et pertinenciis solitis et consuetis liberam immunem et exoneratam ab omni alio redditu et onere quocunque dempta summa suprascripta prefatis andree et metilde secum in coniuncta infeodatione suis heredibus et assignatis antedictis In omnibus et per omnia forma pariter et effectu vt premissum est per omnes terras et possessiones nostras contra omnes mortales varantizabimus acquietabimus et imperpetuum defendemus omnibus dolo et fraude seclusis INSUPER tenore presentium facimus constituimus et ordinamus dilectos nostros Magistrum georgium middiltoun dauidem mar et eorum quemlibet coniunctim et diuisim balliuos nostros in hac parte Irreuocabiles Quibus precipimus et mandamus quatenus sasinam et possessionem hereditariam totius et integre dicte piscarie dimedij rethis de ly fuirdis cum suis proficuis et pertinenciis prefatis andree buk et metilde mengzes sponse sue secum in coniuncta infeodatione et eorum alteri diucius viuentj et heredibus Inter ipsos legitime procreatis seu procreandis quibus forte deficientibus seniori heredum feminearum inter eosdem legitime procreate seu procreande Quibus etiam forte deficientibus heredibus et assignatis dicti andree quibuscunque suisue certis actornatis vel procuratoribus latoribus presentium per donationem rethis restis et cymbe vt moris est tradatis et deliberatis seu alter vestrum tradat et deliberet visis presentibus sine dilatione secundum tenorem et effectum carte nostre feudifirme supra inserte desuper concessis Et hoc nullo modo omittatis Ad quod faciendum vobis et vestrum cuilibet coniunctim et diuisim balliuis nostris in hac parte antedictis nostram plenarium et Irreuocabilem tenore presentium committimus potestatem In quorum omnium et singulorum fidem et

testimonium premissorum huic presenti carte nostre preceptum nostrum sasine in se continenti subscriptionibus nostris manualibus roborate Sigillum commune capituli nostri est appensum abirdene primo die mensis marcij Anno domini millesimo quingentesimo quinquagesimo
fol. 111[1] Octauo Coram testibus alexandro cullen alexandro quhyit henrico naughty eduardo donaldsone burgensibus et incolis dicti burgi willelmo philp piscatore domino Ioanne lesly capellano alexandro Iohnstoun sergiando magistris Ioanne kennedye et andrea leslye notariis publicis cum diuersis aliis Et sic subscribitur Ita est dominus Ioannes collesoun vicarius ad hec manu propria magister Ioannes kennedy manu propria Ita est dominus robertus spark manu propria Iacobus barclay manu propria Ita est dominus wilhelmus walcar manu propria dominus Ioannes Wrycht sua manu dominus Ioannes goldsmyt manu propria dominus alexander leslie ad hec Ita est dominus Ioannes blak manu propria Ita est dominus alexander robertsoun manu propria Ita est magister eduardus mengzeis manu propria etc etc

Ita est magister Thomas mollisoun notarius publicus ac scriba communis burgj de aberdene Testans hanc veram esse copiam principalis carte feudifirme per curatum et capellanos chori ecclesie perochialis diuj Nicolaj de abirdene quondam andree buk et metilde mengzes eius sponse de piscaria subscripta confectam collacionatam per me concordantem in omnibus cum principalj

Post quinque foliorum intervallum est tabula regum principumque gentium ut sequitur

LE PAPE

Lempereur de Constantin
Noble
Lempereur de Rome
Le Roy de france
Le Roy de spaigne
le Roy darragoñ
Le Roy Roy de nauarre
Le Roy portingale
Le Roy daꝰnemarque

le Roy de zolbth
Le Roy de nouergue
le Roy Dangliterre
Le Roy de scosse

Le Roy honguerie
Le Roy de polanie
Le Roy de bahaigne
Le Roy de cranarthdamarth

Le Roy de chipre
Le Roy de cicille
Le Roy de naples

Pbre Iohane
le Roy de sarot
Le Roy de lauroñ
Le Roy de marchoñ
Le Roy de menty
Le Roy de Cassy
Le Roy de nyperie
Le Roy de vibreuly
Le Roy de karelle
Le Roy de sannelat
Le Roy de nordrebrodem
le Roy de sure
le Roy destarsell
Le Roy de suluen
Le Roy de daureneile
Le Roy de suze
Le Roy de bougre
Le Roy de salba
Le Roy de hakameryc
Le Roy de disdrael
Le Roy de lumeneñ
Le Roy de Tarize
Le Roy de membelim
Le Roy de harzem*
Le Roy de Colmen
Le Roy de henenen
le Roy de halax
Le Roy de Bacon
le Roy de mustebell
le Roy de marmera
Le Roy de dipsuly

Le Roy de barguera
Le Roy de coizemoñ
Le Roy de Compars
Le Roy de farty
Le Roy makeloze
le Roy didorie
Le Roy de halacrie
Le Roy de senicya
Le Roy de barberia
Le Roy de lettoria †

Le grant Cane de Castenne ‡
Le Soubdan de babilon
Le Roy de moustru
Le Roy de vrthebet
Le Roy de Comalanthe
Le Roy de nangangrj
Le Roy de pedollie
Lempereur de tartarie
Lempereur de tarbysonde
Lempereur de sumestot
lempereur darmenie
lempereur de cynopłe
Le Roy de cyquye
Le Roy de Nargase
Le Roy de muguevelle
Le Roy de cyngres
Le grant tur de turquie
Le Roy de gennyt
Le Roy de dalmase
Le Roy de darabye
Le Roy percie
Le Roy de mede
Le Roy de Ihestae
Le Roy de gene

* In margine "Her ar ye olifantis".

† In margine "Cristyne with fyr ✠".

‡ In margine "hethyñe".

Le Roy de magoñ
Le Roy de hares
Le Roy de cameront
Le Roy de badale
Le Roy de saubrican
Le Roy de chanors
Le Roy de samequin
Le Roy de dangorie
Le Roy dalmasane
Le Roy barbarie
Le Roy de thonise
Le Roy de foes
Le Roy de balmerin
Le Roy de sarahan
Le Roy de senygay
Le Roy de garnat
Le Roy de dameloc
Le Roy de cicie
Le Roy de bacoñ
Le Roy de capadosse
Le Roy de Rursie
Le Roy de gorro
Le Roy dastarie
Le Roy de hammestioña
Le Roy de tymor
Le Roy de corquellj
Le Roy de cynodoa
Le Roy de massedonig
Le Roy de caldonnye
Le Roy de sydomie
Le Roy de blondy
Le Roy de Caspy

Le Roy de surie
Le Roy de cappancie
Le Roy de cauria
Le Roy de malmalyc
Le Roy de hauriant
Le Roy de daristar
Le Roy de hart
Le Roy de nellene
Le Roy de more
Le Roy de galba
Le Roy de mamelonē
Le Roy de dalmeque
Le Roy de cholomecque
Le Roy de carie
Le Roy de carpelye
Le Roy de caldet
Le Roy de mo⁹mye
Le Roy de sarayñe
Le Roy de gyrope
Le Roy de faux
Le Roy destrinent
Le Roy de dol
Le Roy de Iopie
Le Roy deizarell
le Roy de merie
Le Roy de bazillie

Monsr̄ Rot de pufflit chr̄ natif de Lauduthie de garles Aeste par le space de xxviij ans pour verir lesd' Royaumes

FINIS



up[illegible] vure

New Spalding Club

RULES

AND

LIST OF MEMBERS

1887

RULES.

1. The objects of the Club shall be to promote the study of the History, Topography, and Archæology of the North-Eastern Counties of Scotland, and to print works illustrative thereof.

2. The Club shall consist of five hundred members, subscribers of one guinea annually: such subscription to be paid on or before the first day of January in each year.

3. The general management of the affairs of the Club shall be vested in a Council, consisting of a President, at least ten Vice-Presidents, and not fewer than forty ordinary members, including a Secretary and a Treasurer: all to be chosen yearly at a General Meeting of the Club, to be held at Aberdeen, in the month of October. At all Meetings of the Council seven members shall form a quorum.

4. Immediately after the Annual General Meeting the Council shall elect Acting Committees to carry on the work of the Club.

5. The accounts of the Club shall be audited annually by two Auditors, to be chosen at the Annual Meeting from among the members.

6. The name of any member two years in arrear with his annual subscription may be removed from the list of members.

7. Vacancies in the membership shall be filled up according to priority of application.

8. Members may, at any time, compound for all future annual subscriptions, by payment of ten guineas over and above the subscription for the current year; and it shall be in the power of the Council to exempt from subscriptions, annually or other, any member who may present to the Club a work, the printing of which, as a Club publication, has been sanctioned by the Council.

9. Every member not in arrear with his annual subscription shall, from the date of his becoming a member, receive one copy of every volume printed thereafter by the Club; and the editor of each work shall receive five additional copies of the same.

10. The number of copies printed in each case shall not exceed five hundred and twenty-five, and no copy of any work printed by the Club shall be offered by it for sale.

11. The Club shall undertake the issue of its books without the intervention of publishers or booksellers.

12. A General Meeting of the Club may be called at any time on presentation to the Secretary of a requisition signed by twenty members; and the above rules may be altered at any General Meeting, provided that the members have received from the Secretary at least fourteen days' notice of the proposed change.

THE NEW SPALDING CLUB.

PATRONESS:

Her Majesty the Queen.

LIST OF MEMBERS,

11TH NOVEMBER, 1887.

(An asterisk prefixed indicates the Name of a Member of The Spalding Club; two asterisks indicate an Original Member of that Club.)

THE RIGHT HONOURABLE THE EARL OF ABERDEEN, LL.D., Haddo House, Aberdeen, *President*.
*The Library of the University, Aberdeen.
The Library of the Free Church College, Aberdeen.
*The Library of the Society of Advocates, Aberdeen.
The Public Library, Aberdeen.
*The Town House Library, Aberdeen.
George K. Abercrombie, 23 Upper Wimpole Street, London, W.
David Wyllie Abernethy, Ferryhill Cottage, Aberdeen.
John Adam, 73 Union Street, Aberdeen.
John Airth, 27 King Street, Aberdeen.
William Alexander, LL.D., 3 Belvidere Street, Aberdeen.
Alexander Grigor Allan, Blackfriars Haugh, Elgin.
George Allan, Advocate, 33 Albyn Place, Aberdeen.
James Allan, 13 Braemar Place, Aberdeen.
Alexander Allardyce, 45 George Street, Edinburgh.

Colonel James Allardyce, 3 Queen's Terrace, Aberdeen, *Convener of Committee on Family History.*

***Sir Alexander Anderson, Knight, Aberdeen; Died 11th April,* 1887.

Arthur Anderson, M.D., C.B., Sunnybrae, Pitlochrie.

David Anderson, 127 King Street, Aberdeen.

James Anderson, M.D., 84 Wimpole Street, Cavendish Square, London, W.

John Anderson, 78 Porchester Terrace, London, W.

Michie Forbes Anderson, M.R.C.S., Newburgh, Aberdeenshire.

Peter John Anderson, 2 East Craibstone Street, Aberdeen, *Secretary.*

Robert Anderson, 12 Belvidere Street, Aberdeen.

Thomas J. Anderson, North of Scotland Bank, Aberchirder.

25 The Reverend George Angus, The Presbytery, St. Andrews.

Charles Annandale, LL.D., 17 Stanhope Street, Glasgow.

John Anton, Union Bank, Buckie.

Alexander Thomson Arthur, M.B., Cults, by Aberdeen.

*The Athenæum Club Library, Pall Mall, London, S.W.

William Bates Avery, Kenfield, Mannofield, Aberdeen.

Alexander Baird of Urie, Stonehaven.

The Banff Literary Society, Banff.

*The Right Honourable Henry Campbell-Bannerman, LL.D., 6 Grosvenor Place, London, S.W.

George Barclay, Niddrie Marischal, Midlothian.

John Barclay, M.D., Banff.

James Alexander Beattie, 3 Golden Square, Aberdeen.

William C. Beattie, Rothiemay House, Rothiemay.

Thomas Bell, Hazelwood, West Ferry, Dundee.

Robert Beveridge, M.B., Aberdeen; Died 12th January, 1887.

The Reverend Charles Elrington Bisset, younger of Lessendrum, Huntly.

James H. Bisset, 1 Elmbank Terrace, Aberdeen.

John Petrie Bisset, Wynndun, Banchory.

James Black, Editor of the "Elgin Courant," Sheriffston, Elgin.

*William Blackwood & Sons, Publishers, Edinburgh.

*The Bodleian Library, Oxford.

*William Boyd, Solicitor, Peterhead.

James Brand, 10 Marchmont Terrace, Kelvinside, Glasgow.
William Brebner, 11 Carden Place, Aberdeen.
The Reverend Alexander Bremner, Schoolhouse, Fyvie.
**Thomas John Bremner of Glasslaw, 42 Carden Place, Aberdeen.
50 The British Museum Library, London: per Messrs. J. & J. P. Edmond and Spark, Aberdeen.
**John Clerk Brodie, LL.D., W.S., 26 Moray Place, Edinburgh.
Sir William Cunliffe Brooks, Bart., M.P., Forest of Glentanar, Aberdeenshire.
Alexander Brown, 10 Strawberry Bank, Aberdeen.
**Alexander Brown & Co., Booksellers, 77 Union Street, Aberdeen.
William Bruce, M.D., The Castle, Dingwall.
John Bulloch, 13 Osborne Place, Aberdeen.
The Reverend William Burgess, The Manse, Ardallie, Mintlaw.
George Burnett, LL.D., Lyon King of Arms, 21 Walker Street, Edinburgh.
Sir Robert Burnett, Bart. of Leys, Crathes, Banchory.

*George Cadenhead, Procurator-fiscal, 57 Dee Street, Aberdeen.
**William Cadenhead, 48 Skene Terrace, Aberdeen.
*The Cambridge University Library.
Archibald Cowie Cameron, LL.D., Schoolhouse, Fettercairn.
James Angus Cameron, M.D., Bawtry, Yorkshire.
James Campbell, 18 Springbank Terrace, Aberdeen.
James Alexander Campbell, LL.D., M.P., of Stracathro, Brechin.
The Very Reverend Monsignor James A. Campbell, D.D., Rector of the Scots College, Rome.
Major Robert Campbell of Cloghill, Countesswells, by Aberdeen.
William Carnie, 27 Exchange Street, Aberdeen.
David Montague Alexander Chalmers, Advocate, Westburn, Aberdeen.
John Gray Chalmers, 9 Queen's Terrace, Aberdeen.
John H. Chalmers, 4 Correction Wynd, Aberdeen.
Miss Margaret Douglas Chalmers, Rothiebrisbane, Fyvie.
Patrick Henderson Chalmers, Advocate, 13 Union Terrace, Aberdeen, *Honorary Treasurer*.
75 *Robert Chambers, 10 Claremont Crescent, Edinburgh.
The Reverend Æneas Chisholm, Mount Carmel, Banff.

The Reverend Andrew Christie, The Manse, Kildrummy, Mossat.
J. Christie, Breadalbane Estates Office, Kenmore, Aberfeldy.
The Reverend Professor John Christie, D.D., 31 College Bounds, Old Aberdeen.
Sir Andrew Clark, Bart., M.D., LL.D., F.R.S., 16 Cavendish Square, London, W.
James T. Clark, Keeper of the Advocates' Library, Edinburgh.
***John Clark, Advocate, Clifton; Died 24th November*, 1886.
Sir John Forbes Clark, Bart. of Tillypronie, Tarland.
John Clarke, 7 Chanonry, Old Aberdeen.
James Collie, Advocate, 25 Union Street, Aberdeen.
Alexander Colville, Solicitor, Banff.
The Reverend John Comper, King's Crescent, Aberdeen.
George Milne Cook, 20 Hamilton Place, Aberdeen.
George Cooper, 5 Market Street, Aberdeen.
The Reverend James Cooper, 35 Castle Street, Aberdeen.
William R. Cooper, 2 Alva Street, Edinburgh.
Alexander Copland, 78 Dee Street, Aberdeen.
Joseph R. Cornwall, 2 Queen's Road, Aberdeen.
John Cardno Couper of Craigiebuckler, Aberdeen.
Mrs. Helen Coutts, 30 Low Street, Banff.
William Coutts, 28 Gillespie Crescent, Edinburgh.
David Craib, Somerset East, Cape Colony.
Miss Bessie Craigmyle, 5 Strawberry Bank, Aberdeen.
William Cramond, Schoolhouse, Cullen.
Peter Macleod Cran, City Chamberlain, 14 Westfield Terrace, Aberdeen, *Convener of Committee on Burgh Records.*
100 The Reverend James Brown Craven, Kirkwall.
John Crombie, C.A., 74 Union Street, Aberdeen.
John Crombie, Balgownie Lodge, Aberdeen.
John Crombie, junior, Danestone, Aberdeen.
John William Crombie, Balgownie Lodge, Aberdeen.
Alexander Cruickshank, LL.D., 20 Rose Street, Aberdeen.
Robert Cruickshank, Knapperna, Slains.
*James Cumine of Rattray, by Peterhead.
John Paton Cumine, Advocate, 4 Correction Wynd, Aberdeen.
Andrew Watt Cumming, 1 Bank Street, Dundee.

John Cumming, Hatton, Fintray.

Alexander Dakers, 17 Netherkirkgate, Aberdeen.

*Charles Elphinstone-Dalrymple of Kinellar Lodge, Kinaldie, Aberdeen, *Vice-President and Convener of Editorial Committee.*

The Honourable Hew Hamilton Dalrymple, Lochinch, Castle Kennedy, Wigtonshire.

The Reverend James Myers Danson, Ingleborough House, Castle Hill, Aberdeen.

**Alexander Davidson of Desswood, Advocate, Aberdeen.

*Charles Brown Davidson, Advocate, Roundhay, Ferryhill, Aberdeen.

Henry Oliver Duncan Davidson of Tillychetly, Alford.

The Reverend James Davidson, St. Andrew's Parsonage, Banff.

James Davidson, Solicitor, Kirriemuir.

James Davidson, 68 Hamilton Place, Aberdeen.

The Reverend John Davidson, D.D., The Manse, Inverurie.

William Davidson, Fernlea, 34 King's Gate, Aberdeen.

The Right Honourable the Earl of Derby, Knowsley, Prescot.

125 William Dey, LL.D., 14 Roslin Terrace, Aberdeen.

William Diack, 16 Leslie Place, Aberdeen.

Thomas Dickson, LL.D., Curator of the Historical Department, H.M. General Register House, Edinburgh.

The Reverend Andrew Doak, 15 Queen's Road, Aberdeen.

James Donaldson, LL.D., Principal of The United College, St. Andrews.

Archibald Sholto Douglas, Birkhill Cottage, Muckart, by Dollar.

The Honourable and Right Reverend Arthur Gascoigne Douglas, D.D., Bishop of Aberdeen and Orkney, 15 Albyn Terrace, Aberdeen.

*David Douglas, Publisher, 15A Castle Street, Edinburgh.

*Sir Mountstuart Elphinstone Grant-Duff of Eden, K.C.S.I., York House, Twickenham.

James Duguid, Advocate, 24 Bonaccord Terrace, Aberdeen.

Peter Duguid, Advocate, 1 King Street, Aberdeen.

Peter Duguid of Bourtie, by Oldmeldrum.

Robert Duke, Bearehill, Brechin.

The Reverend William Duke, St. Vigeans Manse, Arbroath.

Archibald Hamilton Dunbar, younger of Northfield, Elgin.

Alexander Duncan, M.D., Brook House, Moss Lane East, Manchester.

The Reverend James Bruce Duncan, The Manse, Lynturk, Alford.

James Whyte Duncan, 266½ George Street, Aberdeen.

John Duncan, junior, Advocate, Merlebank, Ruthrieston, Aberdeen.

The Dundee Free Library.

*William Dunn, Advocate, 63 Union Street, Aberdeen.

The Edinburgh Public Library.

**The Edinburgh University Library.

**Francis Edmond of Kingswells, LL.D., Advocate, 5 Albyn Place, Aberdeen.

George Maitland Edmond, M.D., 10 Union Terrace, Aberdeen.

150 John Philip Edmond, 62 Bonaccord Street, Aberdeen.

Peter Esslemont, M.P., 34 Albyn Place, Aberdeen.

Professor James Cossar Ewart, M.D., F.R.S.E., The University, Edinburgh.

Surgeon-Major Thomas Farquhar of Auchronie, M.D., H.M. Indian Army, 16 Rubislaw Terrace, Aberdeen.

*Lieutenant-Colonel James Ross Farquharson of Invercauld, Braemar.

Robert Farquharson, M.D., LL.D., M.P., of Finzean, Aboyne.

*Robert Francis Ogilvie-Farquharson of Haughton, Alford.

James Ferguson, younger of Kinmundy, 41 Manor Place, Edinburgh.

*William Ferguson of Kinmundy, Mintlaw, *Convener of Business Committee.*

David Scott Fergusson, Union Bank, Glasgow.

William Fergusson, Elmbank, Banff.

The Reverend Alexander Fiddes, The Manse, Cairney, by Huntly.

The Right Honourable the Earl of Fife, 4 Cavendish Square, London, W., *Vice-President.*

John Findlater, 60 Union Street, Aberdeen.

John Ritchie Findlay of Aberlour, 3 Rothesay Terrace, Edinburgh.

James Florence, 10 Queen's Road, Aberdeen.

The Rev. Herbert Henry Flower, The Parsonage, Glencarse, Perth.

*The Right Honourable the Lord Forbes, Castle Forbes, Whitehouse, *Vice-President.*

Alexander Forbes, 1 Albyn Terrace, Aberdeen.
General Sir John Forbes, K.C.B., of Inverernan, Strathdon.
John Forbes, Q.C., Farrar's Buildings, Temple, London.
John Charles Matthias Ogilvie-Forbes of Boyndlie, Fraserburgh.
John Forrester, 29 Windsor Street, Edinburgh.
Alexander Fowlie, Public School, Inverurie.
Angus Fraser, M.D., 232 Union Street, Aberdeen.
James Leslie Fraser, L.D.S., 5 Castle Street, Inverness.
175 **William Nathaniel Fraser of Tornaveen, by Aberdeen.

The Reverend James Gammack, LL.D., Wellington House, Alford Place, Aberdeen.
F. Taylor Garden, Advocate, 3 West Craibstone Street, Aberdeen.
James Murray Garden, Advocate, 7 Union Terrace, Aberdeen.
Robert John Garden, M.D., 15 Golden Square, Aberdeen.
William Garden, Stoneywood House, by Aberdeen.
William Garden, 3 West Craibstone Street, Aberdeen.
Alexander Gardner, Publisher, Paisley.
James Geddes, 31 Springbank Terrace, Aberdeen.
William Duguid Geddes, LL.D., Principal of the University, Aberdeen, *Vice-President.*
James Gemmell, 19 George IV. Bridge, Edinburgh.
William Milne Gibson, 12 Correction Wynd, Aberdeen.
Andrew John Mitchell Gill of Savoch, care of J. H. Brown, Ellon.
Robert Gordon Gordon-Gilmour of Liberton, Midlothian.
Captain John Robert Gladstone, Coldstream Guards, younger of Fasque, Laurencekirk.
*The Glasgow University Library.
William Clements Good, 12 Rubislaw Terrace, Aberdeen.
Alexander Gordon of Pitlurg and Dyce, Parkhill, Aberdeen.
*Alexander Morison Gordon of Newton, Insch.
Arthur Gordon of Ellon, Ellon Castle, Ellon.
Charles Thomas Gordon of Cairness, New Club, Edinburgh.
Clement W. R. Gordon, Banff.
Henry Wolrige-Gordon of Hallhead and Esslemont, Ellon.
John Gordon Wolrige-Gordon, 93rd Sutherland Highlanders, Esslemont, Ellon.

William Gordon, 80 King Street, Aberdeen.
200 The Reverend William Gordon, The Manse, Braemar.
William Gordon, Town-clerk, 26 Rubislaw Terrace, Aberdeen.
James M. Goudie, Montfield, Lerwick.
Sir Francis William Grant, Bart. of Monymusk, Aberdeen.
Frederick Grant Forsyth-Grant, Ecclesgreig, Montrose.
*Sir George Macpherson-Grant, Bart. of Ballindalloch, Elgin.
Major John Macpherson-Grant, Thainstone, Kintore.
Robert Grant of Druminnor, Rhynie.
David Gray, junior, 47 Holburn Street, Aberdeen.
Robert Gray, Solicitor, Peterhead.
William Gray, 1 Caroline Place, Aberdeen.
William Green, 1 Carden Terrace, Aberdeen.
The Reverend Walter Gregor, LL.D., The Manse, Pitsligo, *Convener of Committee on Archæology.*
**Professor George Grub, LL.D., The University, Aberdeen *Vice-President.*
The Guildhall Library, London, E.C.

Henry Haldane, M.B., Ballater.
George Hamilton of Skene, Skene House, Skene.
Professor John Harrower, 32 College Bounds, Old Aberdeen.
William Harvey, Laurelbank, Cults, by Aberdeen.
J. Marley Hay, 75 Argyll Place, Aberdeen.
Mrs. Charles F. Hayne, St. Ronans, Aberdeen.
Thomas Hector, Clerk to the School Board, 13 Argyll Place, Aberdeen.
Miss Elizabeth Henderson, 30 Dee Street, Aberdeen.
Captain G. D. Clayhills Henderson, care of R. C. Walker, Solicitor, Dundee.
John A. Henderson, Heath Park, Maryculter.
225 William Henderson, Lord Provost, Devanha House, Aberdeen, *Vice-President.*
*Sir John David Hope, Bart. of Craighall, Pinkie, Musselburgh.
Robert Brown Horne, 10 Queen's Terrace, Aberdeen.
James Cunningham Howden, M.D., Sunnyside, Montrose.
The Most Honourable the Marquis of Huntly, Aboyne Castle, Aboyne.
A. Hutcheson, Architect, 10 Reform Street, Dundee.

The Reverend T. Nairne Imrie, The Parsonage, Dunfermline.
Charles Innes, Sheriff-clerk of Ross-shire, Inverness.
*The Reverend John Brodie-Innes of Milton Brodie, Forres.
Colonel Thomas Innes of Learney, 25 Belmont Street, Aberdeen.
*Alexander Forbes Irvine of Drum, LL.D., Sheriff of Argyllshire, Drum Castle, by Aberdeen, *Vice-President.*
Francis Hugh Irvine, younger of Drum, Drum Castle, by Aberdeen.

James H. Jackson, 47 Schoolhill, Aberdeen.
The Reverend George Jamieson, D.D., The Manse, Old Aberdeen.
George Auldjo Jamieson, C.A., 37 Drumsheugh Gardens, Edinburgh.
James Auldjo Jamieson, W.S., 14 Buckingham Terrace, Edinburgh.
George P. Johnston, 33 George Street, Edinburgh.
The Reverend James Johnston, Free Church Manse, Belhelvie.
William Johnston, 40 High Street, Brechin.
Surgeon-Major William Johnston, M.D., Army Medical Staff, 6 Whitehall Yard, London, S.W.
James F. Kellas Johnstone, F.C.A., 69 Princess Street, Manchester.
William Jolly, 23 Bridge Street, Aberdeen.

John Keith, 7 Bonaccord Square, Aberdeen.
*The Reverend William Alexander Keith, Burham Vicarage, Rochester.
Alexander Kemlo, Advocate, 56 Victoria Street, Aberdeen.
250 Daniel William Kemp, Ivy Lodge, Trinity, Edinburgh.
Alexander Kilgour of Loirston, Loirston House, Cove, by Aberdeen.
William Thornborrow Kilgour of Tulloch, near Oldmeldrum.
Sir Charles Simeon King, Bart. of Corrard, Lisbellaw, Fermanagh.
The Reverend Edward King, Werrington Vicarage, Devon; Died 30th January, 1887.
Colonel William Ross King of Tertowie, Kinaldie.
James Kinghorn, 30 St. Nicholas Street, Aberdeen.
The Right Honourable the Earl of Kintore, Inglismaldie, Laurencekirk, *Vice-President.*

Alexander Laing, LL.D., Newburgh-on-Tay, Fife.
James Henry Lamb, The Latch, Brechin.
George Lawrence, 13 Union Terrace, Aberdeen.

The Reverend Ebenezer Charles Leal, May-frere Cottage, King Street Road, Aberdeen.

A. William Ledingham, Queen's Road West, Aberdeen.

The Reverend Professor James Legge, D.D., LL.D., 3 Keble Road, Oxford.

The Reverend James Forbes-Leith, S.J., 35 Rue de Sèvres, Paris.

Major Thomas Leith of Petmathen, Oyne, Aberdeenshire.

George Arbuthnot-Leslie of Warthill, by Aberdeen.

Mrs. Crawford Leslie of Rothie, Rothienorman.

Mrs. Thomas Leslie, Woodend House, Banchory.

***John Leslie, M.R.C.S., Inverurie; Died 9th March,* 1887.

William Leslie, 27 Abingdon Street, Westminster, London, S.W.

John Ligertwood, M.D., Auchencruive, Methlick.

The Reverend Robert Lippe, 28 Argyll Place, Aberdeen.

David Littlejohn, Sheriff-clerk of Aberdeenshire, Aberdeen.

*The London Library, 12 St. James's Square, London, S.W.

William Somers Lothian, Farnell Schoolhouse, Brechin.

Henry Lumsden of Pitcaple, Pitcaple Castle, Pitcaple.

275 Hugh Gordon Lumsden of Clova, by Lumsden, Aberdeenshire.

*Lieutenant-Colonel Henry William Lumsden, 34 Roland Gardens, London, S.W.

Miss Louisa Innes Lumsden, Glenbogie, Rhynie.

Major-General Sir Peter Stark Lumsden, G.C.B., C.S.I., 24 Ashburn Place, Cromwell Road, London, S.W.

William Harry Lumsden of Balmedie, Belhelvie.

William Lyon, 1 Birdshaugh, Forres.

Sir Henry Cockburn Macandrew, Knight, Sheriff-clerk of Inverness-shire, Inverness.

**William M'Combie of Easter Skene, by Skene.

Alexander Inkson M'Connochie, C.A., 74 Union Street, Aberdeen.

David Macdonald, 7 St. Andrew Street, Aberdeen.

Dugald Campbell Macdonald, Solicitor, 31 King Street, Aberdeen.

James Macdonald, The Farm, Huntly.

William Kid Macdonald, Town-clerk, Arbroath.

Major A. B. M'Hardy, R.E., 8 Glencairn Crescent, Edinburgh.

John A. M'Hardy, Bairnshall, Woodside.

Æneas J. G. Mackay, LL.D., Sheriff of Fife and Kinross, 7 Albyn Place, Edinburgh.

Thomas A. Mackay, 14 Henderson Row, Edinburgh.

William Mackay, Solicitor, Inverness.

A. Mackenzie, St. Catherine's, Paisley.

A. F. Mackenzie, Birnam.

A. Marshall Mackenzie, Queen's Gate, Aberdeen.

David J. Mackenzie, Sheriff-substitute, Lerwick.

James T. Mackenzie of Kintail, Glen Muick, Ballater.

John Mackie, L.R.C.P., Thornhill, Dumfriesshire.

Lachlan M'Kinnon, junior, Advocate, 261 Union Street, Aberdeen.

300 Charles Fraser-Mackintosh, M.P., of Drummond, Inverness.

Robert M'Lellan, 9 Panmure Street, Brechin.

The Reverend Nicholas Kenneth MacLeod, The Parsonage, Ellon.

Andrew Macpherson, Advocate, 152 Union Street, Aberdeen.

Captain James Farquharson Macpherson, Caledonian United Service Club, Edinburgh.

Andrew John Macritchie, Solicitor, Inverness.

Thomas Mair, Kinmuck, Ellon.

Charles Mann, Palace Hotel, Aberdeen.

*James David Marwick, LL.D., Town-clerk, Glasgow.

Professor David Mather Masson, LL.D., 58 Great King Street, Edinburgh.

*James Matthews of Springhill, Aberdeen.

James Meston, C.A., 13 Albert Street, Aberdeen.

The Reverend John Grant Michie, The Manse, Dinnet, Aboyne.

Alexander Milne, 199 Union Street, Aberdeen.

Alexander D. Milne, 40 Albyn Place, Aberdeen.

The Reverend Andrew Jamieson Milne, LL.D., The Manse, Fyvie.

George Grinnell Milne, St. Ronans, Crystal Palace, Park Road, Sydenham.

The Reverend John Milne, LL.D., Schoolhouse, King-Edward, Banff.

William Milne, C.A., 40 Albyn Place, Aberdeen.

Professor William Minto, 8 Westfield Terrace, Aberdeen.

Alexander Mitchell, 14 Eildon Street, Edinburgh.

Sir Arthur Mitchell, M.D., LL.D., K.C.B., 34 Drummond Place, Edinburgh.

Charles Mitchell, Kintrochat, Brechin.
Peter Mitchell, 122 Crown Street, Aberdeen.
William Mitchell, Postmaster, Elmbank, Aberdeen.
325 The Mitchell Library, Glasgow.
William Moffatt, 7 Queen's Gardens, Aberdeen.
Forbes Fraser Maitland Moir, M.B., 143 Union Street, Aberdeen.
James Moir, Rector of the Grammar School, 62 Hamilton Place, Aberdeen, *Convener of Committee on Church Records.*
Charles A. Mollyson, 22 Carden Place, Aberdeen.
William George Scott-Moncrieff, Sheriff-substitute, Falkirk.
John Morgan, Queen's Road West, Aberdeen.
Arthur David Morice, Advocate, Eastbank, Fonthill Road, Aberdeen.
Mrs. John Morison of Bognie, Turriff.
Hew Morrison, 11 Abercorn Terrace, Portobello.
Thomas Morrison, LL.D., Rector of the Free Church Training College, Glasgow.
**Charles Morton, W.S., Broadlands Lodge, Palmerston Road, Edinburgh.
Robert James Muir, H.M. Inspector of Schools, Montrose.
Alexander Macdonald Munro, Town House, Aberdeen.
Alexander Murray, 271 Union Street, Aberdeen.
Alexander Rainy Maclean Murray, The Latch, Brechin.
James Murray of North Inveramsay, 21 Balmoral Place, Aberdeen.

Robert Alexander Neil, Fellow of Pembroke College, Cambridge.
*The Newcastle-upon-Tyne Literary and Philosophical Society.
The Newcastle-upon-Tyne Public Library.
George William Nicol, Guild Street Buildings, Aberdeen.
William Edward Nicol of Ballogie, Aboyne.

**William Frederick Ogg, Advocate, 118 Crown Street, Aberdeen.
Joseph Ogilvie, Rector of the Church of Scotland Training College, 9 Bonaccord Square, Aberdeen.

James Paterson, 133 Gallowgate, Aberdeen.
350 R. W. Cochran-Patrick, LL.D., of Woodside, Beith.

George Morison Paul, 38 Greenhill Gardens, Edinburgh.
William Paul, Advocate, 245 Union Street, Aberdeen.
The Reverend George Peter, The Manse, Kemnay.
Alexander Charles Pirie, Craibstone House, Aberdeen.
Alexander George Pirie, 26 Queen's Gate, London, S.W.
Alfred Lindsay Pirie, Stoneywood, Aberdeen.
Francis Logie Pirie, Tottingworth Park, Heathfield, Sussex.
The Reverend George Proctor, Schoolhouse, Kemnay.
Alexander Profeit, L.R.C.S.E., Commissioner to Her Majesty, Balmoral.

George Ferguson Raeburn, Solicitor, Ellon.
Charles Rampini, Sheriff-substitute, Springfield House, Elgin.
*Alexander Ramsay, Editor of the "Banffshire Journal," Banff.
*Major John Ramsay of Barra, Straloch, Aberdeen.
Professor William Mitchell Ramsay, 11 College Bounds, Old Aberdeen.
Alexander M'Donald Reid, Anderson Educational Institute, Lerwick.
George Reid, R.S.A., 17 Carlton Terrace, Edinburgh.
John Reid of Shannaburn, Maryculter, Aberdeen.
John J. Reid, Queen's and Lord-Treasurer's Remembrancer in Exchequer, 15 Belgrave Place, Edinburgh.
William Reid, High School, Glasgow.
*His Grace the Duke of Richmond and Gordon, K.G., D.C.L., Gordon Castle, Fochabers, *Vice-President.*
Peter Riddel, Harbour Office, Aberdeen.
Alexander Webster Robertson, Librarian of the Public Library, 87 Fountainhall Road, Aberdeen.
Charles Robertson, Redfern, Colinton Road, Edinburgh.
John Robertson, Advocate, 158 Union Street, Aberdeen.
375 John Robertson, 3 Clarendon Terrace, Dundee.
John Forbes Robertson, 25 Charlotte Street, Bedford Square, London, W.C.
Robert Robertson, Commercial Bank, Peterhead.
W. Brown Robertson, Dudhope House, Dundee.
Mrs. Hill Burton Rodger, 1 Golden Square, Aberdeen.
Alexander Ross, Architect, Inverness.

The Reverend David Stuart Ross, The Manse, Edzell.
Major John Ross of Tillycorthie, Birsemore Lodge, Aboyne.
The Reverend Alexander Leslie Routledge, Marshchapel Rectory, Grimsby.
John Roy, 33 Belvidere Street, Aberdeen.
*George Russell, Viewfield, Wandsworth, Surrey, S.W.
James Russell, 1 Deemount Terrace, Aberdeen.
Colonel Francis Shirley Russell of Aden, Mintlaw.
James George Ferguson Russell of Aden; Died 15th April, 1887.

*The St. Andrews University Library.
The Right Honourable the Lord Saltoun, Philorth, Fraserburgh.
George Alexander Scott, Parkhouse, Brechin.
Hercules Scott of Brotherton, Johnshaven.
The Right Honourable the Earl of Seafield, Mayne, Elgin.
Professor James William Fraser Smith-Shand, M.D., 17 Albyn Place, Aberdeen.
Thomas Livingston Reid Shand of Fawsyde, Bervie.
James D. Sharp, Union Bank of Scotland, Blairgowrie.
John Shiell, Solicitor, Dundee.
**The Signet Library, Edinburgh.
George Sim, 14 King Street, Aberdeen.
James Simson, 51 Manor Place, Edinburgh.
400 James Augustus Sinclair, 20 Bonaccord Terrace, Aberdeen.
William Skea, 17 Albert Terrace, Aberdeen.
John Skelton, LL.D., C.B., Advocate, Hermitage of Braid, Edinburgh.
Alfred Skene of Pawlowitz, Prerau, Moravia, Austria.
**William Forbes Skene, LL.D., D.C.L., 27 Inverleith Row, Edinburgh.
Charles Smith, M.R.C.S., Kinnairdy, Haughs of Turtory, Bridge Marnoch, by Huntly.
David Smith, 20 Carden Place, Aberdeen.
James Collie Smith, Solicitor, Aberdeen; Died 4th August, 1887.
John Guthrie Smith, Sheriff of Aberdeen, Banff, and Kincardine, Drumsheugh Gardens, Edinburgh.
John Rae Smith, 57 Union Street, Aberdeen.
Robert Smith, 24 Meadowside, Dundee.

Robert Smith of Glenmillan, by Lumphanan.

The Reverend Robert Harvey Smith, The Manse, Duncanstone, by Insch.

The Reverend Walter Smith, D.D., LL.D., 20 Royal Circus, Edinburgh.

William Smith, 146 King Street, Aberdeen.

William Robertson Smith, LL.D., University Librarian, Cambridge.

*The Right Honourable the Earl of Southesk, K.T., Kinnaird Castle, Brechin.

John Souttar, Edenville, King's Gate, Aberdeen.

James Spark, 54 Queen Street, Aberdeen.

Augustus Spicer, 19 New Bridge Street, London, E.C.

James Spittal, Schoolhouse, Ellon.

James Stephen, R.N., 155 Crown Street, Aberdeen.

*Thomas George Stevenson, 22 Frederick Street, Edinburgh.

The Reverend Alexander Stewart, Heathcot, by Aberdeen.

David Stewart, 293 Union Street, Aberdeen.

*The Right Honourable the Earl of Strathmore, Glamis Castle, Glamis, *Vice-President.*

425 Professor John Struthers, M.D., LL.D., Migvie House, Aberdeen.

John Struthers, H.M. Inspector of Schools, 41 Drumsheugh Gardens, Edinburgh.

Surgeon-Major George Ballingall Stuart, M.B., Grenadier Guards, 71 Ebury Street, London, S.W.

The Reverend George Sutherland, The Parsonage, Portsoy.

The Reverend James Sutherland, Free Church Manse, Turriff.

William Tait, Broomend, Inverurie.

Alexander Taylor, 28 Braemar Place, Aberdeen.

David Taylor, Hammerfield West, Great Western Road, Aberdeen.

The Reverend James Taylor, D.D., 7 Ettrick Road, Edinburgh.

William Taylor, 3 Henry Place, Aberdeen.

William L. Taylor, Bookseller, Peterhead.

The Reverend William Temple, St. Margaret's, Forgue, Huntly.

Donaldson Rose Thom, 9 Albert Street, Aberdeen.

**George Thompson of Pitmedden, Dyce.

George Hunter Thoms of Aberlemno, Sheriff of Caithness, &c., 13 Charlotte Square, Edinburgh.

George M. Thomson, 7 Queen Street, Aberdeen.
The Reverend George Webster Thomson, 2 Rubislaw Terrace, Aberdeen.
John Thomson, The University Press, Aberdeen.
John Craig Thomson, Sheriff-clerk Depute, Stonehaven.
John Farquhar Thomson, The University Press, Aberdeen.
Theodore Thomson, M.D., Medical Officer of Health, Sheffield.
Captain Henry Thurburn, Craigness, Muchalls.
Professor James William Helenus Trail, M.D., 71 High Street, Old Aberdeen.
Henry John Trotter, M.P., Langton Grange, Gainford, Darlington.
William Troup, Eastwell, Bridge of Allan.
450 A. R. Turnbull, 39 Gladstone Place, Aberdeen.
Captain John Turner, younger of Turnerhall, Kinharrachie Lodge, Ellon.
*The Misses Turner of Menie, Belhelvie.
Peter Tytler, M.D., 106 York Street, Cheetham, Manchester.

John Henry Udny of Udny, Udny Castle, Udny.

Alexander Walker, 64 Hamilton Place, Aberdeen.
David Walker, 14 Beaconsfield Place, Aberdeen.
George Walker, 52 Victoria Street, Aberdeen.
George James Walker, Portlethen, Aberdeen.
James Walker, 21 Union Place, Aberdeen.
Robert Walker, Registrar and Librarian to the University, Tillydrone House, Old Aberdeen.
Robert Crawfurd Walker, Solicitor, Dundee.
William Walker, 65 Argyll Place, Aberdeen.
William R. Walker, 506 Olive Street, St. Louis, U.S.
Miss Margaret Jessie Katharine Wallace, 69 Chepstow Place, Pembridge Square, London, W.
Andrew Wallace, M.D., Turriff.
John Warrack, 14 Carlton Terrace, Edinburgh.
John Paton Watson of Blackford, Rothienorman.
James Crabbe Watt, 21 Heriot Row, Edinburgh.
The Reverend John Watt of Invernettie, Strathdon.

The Reverend John Watt, The Manse, Fetteresso, Stonehaven.
The Reverend John B. A. Watt, The Manse, Cadder, Bishopbriggs.
William Watt, 27 North Albert Street, Aberdeen.
**John Webster of Edgehill, LL.D., Advocate, Aberdeen.
John Forbes White, LL.D., 311 Union Street, Aberdeen.
475 William Whitson, Solicitor, Brechin.
John Wight, M.D., of Viewfield, Aberdeen.
John Charles Ogilvie Will, M.D., 305 Union Street, Aberdeen.
Alexander Malcolm Williams, 38 Fountainhall Road, Aberdeen.
David Williamson, North of Scotland Bank, Lerwick.
William Herbert Williamson, M.D., 15 Union Terrace, Aberdeen.
Alexander Wilson, Solicitor, 34 Marischal Street, Aberdeen.
Alexander H. Wilson, 2 Albyn Terrace, Aberdeen.
Alexander Stephen Wilson, North Kinmundy, Newmachar.
Charles Edward Wilson, LL.D., H.M. Chief Inspector of Schools, 19 Palmerston Place, Edinburgh.
John Dove Wilson, LL.D., Sheriff-substitute, 17 Rubislaw Terrace, Aberdeen.
The Reverend John Skinner Wilson, 19 Howard Place, Edinburgh.
Louis Wilson, Queen's Cross, Aberdeen.
Robert Morrison Wilson, M.D., Old Deer, Mintlaw.
Thomas Wilsone, 4 Queen's Terrace, Aberdeen.
James Webster Winchester, F.R.C.S., LL.D., 42 Inverleith Row, Edinburgh.
The Reverend James Wiseman, Buxburn, Aberdeen.
The Reverend John Woodward, Montrose.
Charles David Wyllie, 167 Union Street, Aberdeen.

Alexander Yeats, Advocate, 89 Union Street, Aberdeen.
John Yeats, 6 Castle Street, Banff.
**William Yeats of Auquharney, Advocate, 46 King Street, Aberdeen.
The Reverend Alexander Young, The Manse, Chapel of Garioch, Pitcaple.
Edward Young, 167 Union Street, Aberdeen.
William Laurence Young, Belvidere, Auchterarder.
500 Thomas Alexander William Andrew Youngson, Advocate, Southfield House, Cults.

LIBRARIES INCLUDED IN ABOVE LIST.

*The Bodleian, Oxford.
*The University of Cambridge.
*The University of St. Andrews.
*The University of Glasgow.
*The University of Aberdeen.
**The University of Edinburgh.
The British Museum, London.
The Guildhall, London.
*The Athenæum Club, London.
*The London Library, London.
*The Literary and Philosophical Society, Newcastle-upon-Tyne.
The Public Library, Newcastle-on-Tyne.
**The Signet Library, Edinburgh.
The Public Library, Edinburgh.
The Mitchell Library, Glasgow.
The Free Library, Dundee.
*The Society of Advocates, Aberdeen.
The Free Church College, Aberdeen.
*The Town House, Aberdeen.
The Public Library, Aberdeen.
The Banff Literary Society.

SOCIETIES WHOSE PUBLICATIONS ARE EXCHANGED FOR THOSE OF THE NEW SPALDING CLUB.

The Society of Antiquaries of Scotland.
The Scottish History Society.
The Royal Society of Northern Antiquaries, Copenhagen.
The Royal Historical and Antiquarian Academy, Stockholm.
The Society for the Protection of Norwegian Antiquities, Christiania.